24: *8, A–R8 (R7 8a = blank)
Brunet II, 1765

ſpar Cruciger.



LVGD. BATAVORVM,
Ex Officina Elzeviriana. *Anno* 1633.

Georgius Ludovicus [illegible]
[illegible] 1692.
[illegible]



AD

PRINCIPES POPVLOSQVE LIBEROS ORBIS Christiani.

Error est non minus vetus quam pestilens, quo multi mortales, ii autem maxime qui plurimum vi atque opibus valent, persuadent sibi, aut, quod verius puto, persuadere conantur, justum atque injustum non suapte natura, sed hominum inani quadam opinione atque consuetudine distingui. Itaque illi & leges & æquitatis speciem in hoc inventa existimant, ut

eorum qui in parendi conditione nati sunt dissensiones atq; tumultus coërceantur: ipsis vero qui in summa fortuna sunt collocati, jus omne ajunt ex voluntate, voluntatem ex utilitate metiendam. Hanc autem sententiam absurdam plane atque naturæ contrariam auctoritatis sibi nonnihil conciliasse haud adeo mirum est, cum ad morbum communem humani generis, quo sicut vitia ita vitiorum patrocinia sectamur, accesserint adulantium artes quibus omnis potestas obnoxia est. Sed contra extiterunt nullo non sæculo viri liberi, sapientes, religiosi, qui falsam hanc persuasionem animis simplicium evellerent, cæteros autem ejus defensores impudentiæ convincerent. Deum quippe esse monstrabant conditorem rectoremque universi, imprimis autem humanæ naturæ parentem, quam ideo, non uti cætera animantia, in species diversas, variaque discrimina segre-

segregasset, sed unius esse generis, una etiam appellatione voluisset contineri, dedisset insuper originem eandem similem membrorum compagem, vultus inter se obversos, sermonem quoque & alia communicandi instrumenta, ut intelligerent omnes naturalem inter se societatem esse atque cognationem. Huic autem à se fundatæ aut domui aut civitati summum illum principem patremque familiâs suas quasdam scripsisse leges, non in ære aut tabulis, sed in sensibus animisque singulorum, ubi invitis etiam & aversantibus legendæ occurrerent. his legibus summos pariter atque infimos teneri. in has non plus regibus licere, quam plebi adversus decreta decurionum, decurionibus contra præsidum edicta, præsidibus in regum ipsorum sanctiones. Quin illa ipsa populorum atque urbium singularum jura ex illo fonte dimanare, inde sanctimoniam suam atque ma-

jestatem accipere. Sicut autem in ipso homine alia sunt quæ habet cum omnibus communia, alia quibus ab altero quisque distinguitur: ita earum rerum quas in usum hominis produxisset natura, alias eam manere communes, alias cujusque industria ac labore proprias fieri voluisse. de utrisque autem datas leges, ut communibus quidem sine detrimento omnium omnes uterentur; de cæteris autem quod cuique contigisset, eo contentus abstineret alieno. Hæc si homo nullus nescire potest nisi homo esse desierit, hæc si gentes viderunt quibus ad verum omne cæcutientibus sola naturæ fax illuxit, quid vos sentire ac facere æquum est, principes populique Christiani? Si quis durum putat ea à se exigi quæ tam sancti nominis professio requirit, cujus minimum est ab injuriis abstinere, certe quid sui sit officii scire quisque potest ex eo quod alteri præcipit. Nemo

est

est vestrûm qui non palam edicat rei quemque suæ esse moderatorem & arbitrum: qui non fluminibus locisque publicis cives omnes uti ex æquo & promiscue jubeat, qui non commeandi commercandique libertatem omni ope defendat. Sine his si parva illa societas, quam rempublicam vocamus, constare non posse judicatur (& certe constare non potest) quamobrem non eadem illa ad sustinendam totius humani generis societatem atque concordiam erunt necessaria? Si quis adversus hæc vim faciat, merito indignamini, exempla etiam pro flagitii magnitudine statuitis, non alia de causa nisi quia, ubi ista passim licent, status imperii tranquillus esse non potest. Quod si rex in regem, populus in populum inique & violente agat, id nonne ad perturbandam magnæ illius civitatis quietem & ad summi custodis spectat injuriam? Hoc interest, quod

 sicut

ſicut magiſtratus minores de vulgo judicant, vos de magiſtratibus, ita omnium aliorum delicta cognoſcenda vobis & punienda mandavit rex univerſi, veſtra excepit ſibi. Is autem quanquam ſupremam animadverſionem ſibi reſervat, tardam, occultam, inevitabilem, nihilominus duos à ſe judices delegat qui rebus humanis interſint, quos nocentium feliciſſimus non effugit, conſcientiam cuiquam ſuam, & famam ſive exiſtimationem alienam. Hæc tribunalia illis patent quibus alia præcluſa ſunt: ad hæc infirmi provocant: in his vincuntur qui vincunt viribus, qui licentiæ modum non ſtatuunt, qui vili putant conſtare quod emitur humano ſanguine, qui injurias injuriis defendunt, quorum manifeſta facinora neceſſe eſt & conſentiente bonorum judicio damnari, & ſui ipſorũ animi ſententia non abſolvi. Ad utrumque hoc forum nos quoque

que

que novam causam afferimus: non hercule de stillicidiis aut tigno injuncto, quales esse privatorum solent, ac ne ex eo quidem genere quod frequens est inter populos, de agri jure in confinio hærentis, de amnis aut Insulæ possessione: sed de omni prope oceano, de jure navigandi, de libertate commerciorum. Inter nos & Hispanos hæc controversa sunt: Sitne immensum & vastum mare regni unius nec maximi accessio: populone cuiquam jus sit volentes populos prohibere ne vendant, ne permutent, ne denique commeent inter sese: potueritne quisquam quod suum nunquam fuit elargiri, aut invenire quod jam erat alienum: an jus aliquod tribuat manifesta longi temporis injuria. In hac disceptatione ipsis qui inter Hispanos præcipui sunt divini atque humani juris magistri calculum porrigimus, ipsius denique Hispaniæ proprias leges imploramus. Id si

nihil juvat, & eos quos ratio certa convincet, cupiditas vetat desistere, vestram principes majestatem, vestram fidem quotquot estis ubique gentes appellamus. Non perplexam, non intricatam movemus quæstionem. Non de ambiguis in religione capitibus, quæ plurimum habere videntur obscuritatis, quæ tantis tam diu animis decertata, apud sapientes hoc fere certum reliquerunt, nusquam minus inveniri veritatem quam ubi cogitur assensus. Non de statu nostræ reipublicæ, & libertate armis haud parta, sed vindicata: de qua recte statuere ii demum possunt qui jura patria Belgarum, mores avitos, & institutum non in leges regnum, sed ex legibus principatum accurate cognoverint. in qua tamen quæstione æquis judicibus extremæ servitutis depulsa necessitas, subtilius inquirentibus decreti tot nationum publica auctoritas, infensis etiam &

male-

malevolis adversariorum confessio nihil dubitandum reliquit. Sed quod hic proponimus, nihil cum istis commune habet. nullius indiget anxiæ disquisitionis. non ex divini codicis pendet explicatione, cujus multa multi non capiunt, non ex unius populi scitis quæ cæteri merito ignorant. Lex illa è cujus præscripto judicandum est, inventu est non difficilis, utpote eadem apud omnes: & facilis intellectu, utpote nata cum singulis, singulorum mentibus insita. Ius autem quod petimus tale est, quod nec rex subditis negare debeat, neque Christianus non Christianis. A natura enim oritur, quæ ex æquo omnium parens est, in omnes munifica, cujus imperium in eos extenditur qui gentibus imperant, & apud eos sanctissimum est qui in pietate plurimum profecerunt. Cognoscite hanc causam principes, cognoscite populi: si quid iniquum postulamus, scitis quæ ve-

stra,

ſtra, & è vobis eorum qui viciniores nobis eſtis, apud nos ſemper fuerit auctoritas. monete, parebimus. Quin ſi quid à nobis hac in re peccatum eſt, iram veſtram, odium denique humani generis non deprecamur. Sin contra ſe res habet, quid agendum ſit, veſtræ religioni & æquitati relinquimus. Olim inter populos humaniores ſummum nefas habebatur, armis eos impetere qui res ſuas arbitris permitterent. contra qui tam æquam conditionem recuſarent, ii non ut unius, ſed ut omnium hoſtes ope communi comprimebantur. itaque eam in rem videmus icta fœdera, judices conſtitutos. Reges ipſi validæque gentes nihil æque glorioſum, ac magnificum deputabant, quam aliorum coërcere inſolentiam, aliorum infirmitatem atque innocentiam ſublevare. Qui ſi mos hodieque obtineret, ut humani nihil à ſe alienum homines arbitrarentur, profectò orbe

orbe non paulo pacatiore uteremur. refrigesceret enim multorum audacia, & qui justitiam utilitatis caussa nunc negligunt, injustitiam damno suo dediscerent. Sed hoc ut in causa isthac non frustra forte speramus, ita illud certo confidimus, bene rebus expensis existimaturos vos omnes imputari nobis non magis posse pacis moras, quam belli causas: ac proinde uti hactenus amici nobis faventes atque benevoli fuistis, ita vos aut etiam magis in posterum fore, quo nihil optatius iis potest contingere qui primam partem felicitatis putant bene facere, alteram bene audire.

CAPI-



CAPITA
DISSERTATIONIS
HUGONIS GROTII
DE
MARE LIBERO.

CAP. I. *Iure gentium quibusvis ad quosvis liberam esse navigationem.* p. 1

CAP. II. *Lusitanos nullum habere jus dominii in eos Indos ad quos Batavi navigant titulo inventionis.* 5

CAP. III. *Lusitanos in Indos non habere jus dominii titulo donationis Pontificiæ.* 7

CAP. IV. *Lusitanos in Indos non habere jus dominii titulo belli.* 11

CAP. V. *Mare ad Indos, aut jus eo navigandi non esse proprium Lusitanorum titulo occupationis.* 16

CAP.

Cap. VI. *Mare aut jus navigandi proprium non esse Lusitanorum titulo donationis Pontificiæ.* 44

Cap. VII. *Mare aut jus navigandi proprium non esse Lusitanorum titulo præscriptionis, aut consuetudinis.* 46

Cap. VIII. *Iure gentium inter quosvis liberam esse mercaturam.* 74

Cap. IX. *Mercaturam cum Indis propriam non esse Lusitanorum titulo occupationis.* 66

Cap. X. *Mercaturam cum Indis propriam non esse Lusitanorum titulo donationis Pontificiæ.* 67

Cap. XI. *Mercaturam cum Indis non esse Lusitanorum propriam jure præscriptionis, aut consuetudin.* 68

Cap. XII. *Nulla æquitate niti Lusitanos in prohibendo commercio.* 71

Cap. XIII. *Batavis jus commercii Indicani, qua pace, qua induciis, qua bello retinendum.* 75

CAPITA

DISSERTATIONIS PAVLI MERVLÆ DE MARIBVS.

CAP. I. *De Mari universim.* pag. 85
CAP. II. *De Oceano.* 138
CAP. III. *De Internis Maribus & primo de Mediterraneo.* 147
CAP. IV. *De reliquis Internis Marib.* 171
CAP. V. *De Euripis.* 175

ACCEDIT PRÆTEREA,

Marci Zuerii Boxhornii pro Navigationibus Hollandorum Apologia. p. 184

Item,

Tractatus Pacis & mutui Commercii inter Henricum VII. Regem Angliæ & Philipp. Archiducem Austriæ, conclusus Anno 1495. pag. 215

HVGO-



HUGONIS GROTII

MARE LIBERUM

SIVE

DE IURE QUOD BATAVIS competit ad Indicana commercia, dissertatio.

CAPUT I.

Iure gentium quibusvis ad quosvis liberam esse navigationem.

PRopositum est nobis breviter ac dilucide demonstrare, jus esse Batavis, hoc est, Ordinum Federatorum Belgicogermaniæ subditis, ad Indos, ita uti navigant navigare, cumque ipsis commercia colere. Fundamentum struemus hanc juris Gentium, quod primarium vocant, regulam certissimam, cujus perspicua atque immutabilis est ratio: licere cuivis genti quamvis alteram adire, cumque ea negotiari. Deus hoc ipse per naturam loquitur, cum ea cuncta quibus vita indiget, omnibus locis suppeditari à natura non vult: artibus

 etiam

etiam aliis alias gentes dat excellere. Quo ista? nisi quod voluit mutua egestate & copia humanas foveri amicitias, ne singuli se putantes sibi ipsis sufficere, hoc ipso redderentur insociabiles? Nunc factum est ut gens altera alterius suppleret inopiam, divinæ justitiæ instituto, ut eo modo (sicut Plinius dicit [1]) quod genitum esset uspiam, apud omnes natum videretur. Poëtas itaque canentes audimus.

Nec vero terræ ferre omnes omnia possunt.

Item:

Excudent alii [2]: & quæ sequuntur. Hoc igitur qui tollunt, illam laudatissimam tollunt humani generis societatem, tollunt mutuas benefaciendi occasiones, naturam denique ipsam violant. Nam & ille quem Deus terris circumfudit Oceanus, undique & undique versus navigabilis, & ventorum stati aut extraordinarii flatus, non ab eadem semper, & à nulla non aliquando regione spirantes, nonne significant satis concessum à natura cunctis gentibus ad cunctas aditum? Hoc Seneca [3] summum Naturæ beneficium putat, quod & vento gentes locis dissipatas miscuit, & sua omnia in regiones ita descripsit, ut necessarium mortalibus esset inter

[1] *Panegyr.* [2] *Virgil.* [3] *3. 4. Nat. qu.*

inter ipsos commercium. Hoc igitur jus ad cunctas gentes æqualiter pertinet: quod clarissimi Iurisconsulti [1] eo usque producunt, ut negent ullam rempublicam aut Principem prohibere in universum posse, quo minus alii ad subditos suos accedant, & cum illis negotientur. Hinc jus descendit hospitale sanctissimũ: hinc querelæ [2]:

Quod genus hoc hominum, quave hunc tam barbara morem
Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ.

Et alibi [3]

——— littusque rogamus
Innocuum, & cunctis undamque auramque patentem.

Et scimus bella quædam ex hac causa cœpisse, ut Megarensibus in Athenienses, Bononiensibus in Venetos [4]: Castellanis etiam in Americanos has justas potuisse belli causas esse [5], & cæteris probabiliores Victoria [6] putat, si peregrinari & degere apud illos prohiberentur, si arceren-

[1] *Inst. de rerum divis. §. 1. & L. nemo igitur. ff. eod. vide G. de jure belli lib. 1, c. 19. vid. L. mercatores C. de com.* [2] *Virg. 1. Æn.* [3] *7. Æn.* [4] *Diod. 11. Plut. Peric.* [5] *Sig. ult. de reb. Ital.* [6] *Vict. de Indis part. 2. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Adde Covar. in c. peccatum. §. 9. n. 4. ibi. Quinta.*

tur à participatione earum rerum quæ jure gentium aut moribus communia sunt, si denique ad commercia non admitterentur. Cui simile est quod in Mosis [1] historia & inde apud Augustinum [2] legimus, justa bella Israëlitas contra Amorræos gessisse, quia innoxius transitus denegabatur: qui IVRE HVMANÆ SOCIETATIS æquissimo patere debebat. Et hoc nomine Hercules Orchomeniorum, Græci sub Agamemnone Mysorum Regi arma intulerunt; [3] quasi libera essent naturaliter itinera ut Baldus dixit: [4] accusanturque à Germanis apud Tacitum [5] Romani, quod colloquia congressusque gentium arcerent, fluminaque & terras & cœlum quodammodo ipsum clauderent. Nec ullus titulus Christianis quondam in Sarracenos magis placuit, quam quod per illos terræ Iudææ aditu arcerentur [6]. Sequitur ex sententia Lusitanos, etiamsi domini essent earum regionum ad quas Batavi proficiscuntur, injuriam tamen facturos si aditum Batavis & mercatum præcluderent.

Quan-

---

[1] *Num. c.20.* [2] *Aug. l. 4. qu. 44. super Nu. Et Est. c. ult.* 23. 4. 2. [3] *Sophocl. Trach.* [4] 3. *Cons.* 293. [5] 4 *Histor.* [6] *Alc.* 7. *Cons.* 130. *Covar. c. peccatum p.* 2. §. 9. *Bart. ad L.* 1. *C. de Pagan.*

Quanto igitur iniquius est volentes aliquos à volentium populorum commercio secludi, illorum opera quorum in potestate nec populi isti sunt, nec illud ipsum, qua iter est; quando latrones etiam & piratas non alio magis nomine detestamur, quam quod illi hominum inter se commeatus obsident atque infestant?

CAP. II.

Lusitanos nullum habere jus dominii in eos Indos ad quos Batavi navigant titulo inventionis.

NOn esse autem Lusitanos earum partium dominos ad quas Batavi accedunt, puta Iavæ, Taprobanæ, partis maximæ Moluccarum, certissimo argumento colligimus, quia dominus nemo est ejus rei quam nec ipse unquam nec alter ipsius nomine possedit. Habent insulæ istæ quas dicimus & semper habuerunt suos Reges, suam rempublicam, suas leges, sua jura: Lusitanis mercatus, ut aliis gentibus conceditur: itaque & tributa cum pendunt, & jus mercandi à Principibus exorant, dominos se non esse, sed ut externos advenire satis testantur: ne habitant quidem nisi precario. Et quanquam ad dominium titulus non sufficiat, quia & possessio requiritur, cum aliud sit rem habere, aliud

jus ad rem consequendam, tamen ne titulum quidem dominii in eas partes Lusitanis ullum esse affirmo, quem non ipsis eripuerit Doctorum, & quidem Hispanorum sententia. Primum si dicent inventionis præmio eas terras sibi cessisse, nec jus, nec verum dicent. Invenire enim non illud est oculis usurpare, sed apprehendere, ut Gordiani epistola ostenditur [1]: unde Grammatici invenire & occupare pro verbis ponunt idem significantibus: & tota Latinitas quod adepti sumus, id demum invenisse nos dicit, cui oppositum est perdere. [2] Quin & ipsa naturalis ratio, & legum diserta verba, [3] & eruditiorum interpretatio manifeste ostendit, ad titulum domini parandum eam demum sufficere inventionem quæ cum possessione conjuncta est, ubi scilicet res mobiles apprehenduntur, aut immobiles terminis atque custodia sepiuntur: [4] quod in hac specie dici nullo modo potest. Nam præsidia illuc Lusitani nulla habent. Quid quod ne reperisse quidem Indiam ullo modo

---

[1] *L. Si Barsatorem C. de fidejuss. Non Marc. c. 4. in verbo occupare. Vid. Conan. comm.* [2] *Iuris Civil. l. 3, c. 3, in fine. Vide Donell. de Iure Civil. l. 4, c. 10.* [3] *Instit. de rerum divis. §. illud quæsitum est.* [4] *L. 3. §. Neratius in fine. ff. de acq. possess.*

modo dici possunt Lusitani, quæ tot à sæculis fuerat celeberrima. Iam ab Horatii tempore

Impiger extremos currit mercator ad Indos
Per mare pauperiem fugiens[1].

Taprobanes pleraque quam exacte nobis Romani descripsere[2]? Iam vero & cæteras insulas ante Lusitanos non finitimi tantum Persæ & Arabes, sed Europæi etiam, præcipue Veneti noverant. Præterea inventio nihil juris tribuit, nisi in ea quæ ante inventionem nullius fuerant.[3] Atqui Indi cum ad eos Lusitani venerunt, etsi partim idololatræ, partim Mahumetani erant, gravibusque peccatis involuti, nihilominus publice atq; privatim rerum possessionumque suarum dominium habuerunt, quod illis sine justa causa eripi non potuit[4]. Ita certissimis rationibus post alios auctores maximi nominis concludit Hispanus Victoria[5]: *Non possunt,* inquit, *Christiani seculares aut Ecclesiastici potestate civili & principatu privare infideles, eo duntaxat titulo, quia infideles sunt, nisi ab eis alia injuria profecta sit:*

 Fides

[1] *Lib. 1. epist. 1.* [2] *Vide Plin. Nat. hist. l. 6, c. 22.* [3] *L. 3. ff. de acquir. rerum dom.* [4] *Covar. in c. pecatum. §. 10. nu. 2. & 4. & 5.* [5] *De potest. civili, parte 1. num. 9.*

Fides enim, ut recte inquit Thomas [1], non tollit jus naturale aut humanum ex quo dominia profecta sunt. Imo credere infideles non esse rerũ suarum dominos, hæreticum est: & res ab illis possessas illis ob hoc ipsum eripere furtum est, & rapina, non minus quam si idem fiat Christianis. Recte igitur dicit Victoria [2] non magis ista ex causa Hispanis jus in Indos quæsitum, quam Indis fuisset in Hispanos, si qui illorum priores in Hispaniam venissent. Neque vero sunt Indi Orientis amentes & insensati, sed ingeniosi & solertes, ita ut ne hinc quidem prætextus subjiciendi possit desumi, qui tamen per se satis est manifestæ iniquitatis. Iam olim Plutarchus πρόφασιν πλεονεξίας fuisse dicit ἡμερῶσαι τὸ βαρβαρικὸν, improbam scilicet alieni cupiditatem hoc sibi velum obtendere, quod barbariem mansuefacit. Et nunc etiam color ille redigendi invitas gentes ad mores humaniores, qui Græcis olim & Alexandro usurpatus est, à Theologis omnibus, præsertim Hispanis, [3] improbus, atque impius censetur.

CAP.

---

[1] *2. 2. quæst. 10. artic. 12.* [2] *Vict. de Indis parte 1. n. 4. 5. 6. 7. & n. 19.* [3] *Vide Vasq. in præf. n. 5.*

CAP. III.

Lusitanos in Indos non habere jus dominii titulo donationis Pontificiæ.

SEcundo si Pontificis Alexandri Sexti divisione utentur, ante omnia illud attendendum est, volueritne Pontifex contentiones tantum Lusitanorum & Castellanorum dirimere, quod potuit sane, ut lectus inter illos arbiter, sicut & ipsi Reges jã ante inter se ea de re fœdera quędam pepigerant [1]: & hoc si ita est, cum res inter alios acta sit, ad cæteras gentes non pertinebit: an vero prope singulos Mundi trientes duobus populis donare. Quod etsi voluisset, & potuisset Pontifex, non tamen continuo sequeretur dominos eorum locorum esse Lusitanos, cum donatio dominum non faciat, sed secuta traditio: [2] quare & huic causæ possessio deberet accedere. Tum vero si qui jus ipsum sive divinum sive humanum scrutari volet, non autem ex commodo suo metiri, facile deprehendet donationem ejusmodi ut rei alienæ nullius esse momenti. Disputationem de potestate Pontificis, hoc est Episcopi Romanæ Ecclesiæ,

1 *Vide Osorium.* 2 *Vide Inst. de rerum divis. §. per tradit.*

siæ, hic non aggrediar, nec quicquam ponam nisi ex hypothesi, hoc est, quod confitentur homines inter eos eruditissimi, qui plurimum Pontificiæ tribuunt auctoritati: maxime Hispani: qui cum pro sua perspicacia facile vident Dominum Christum omne à se terrenum imperium abdicasse (*a*), mundi certe totius dominium, qua homo fuit, non habuisse, & si habuisset, nullis tamen argumentis astrui posse jus illud in Petrum, aut Romanam Ecclesiam Vicarii jure translatum: cum aliàs etiam certum sit, multa Christum habuisse in quæ Pontifex non successerit (*b*), intrepide affirmarunt (utar ipsorum verbis) Pontificem non esse dominum civilem aut temporalem totius orbis (*c*). Imo etiam si quam talem potestatem in mundo haberet, eam tamen non recte exerciturum, cum spirituali sua jurisdictione contentus esse debeat, sæcularibus autem Principibus eam concedere nullo modo posse. Tum vero si quam habeat pote-

(a *Luc.* 12.14. *Ioh.*18.36. (b) *Vict. de Indis p.* 1. *num.* 25. *Vict.* 16. *num.* 27. (c) *Vide Vasq. cap.*21. *controv. ill. Turr. Crem. lib.*2. *c.* 113. *Hugo* 69 *dist. cum ad ad Verum Bern. in* 2 *lib. ad Eug. Vict. de Ind. p.* 1. *n.*27. *Cov.in c.pec.* § 9.*n.*7.

oteſtatem [1], eam habere, ut loquun-
ur, in ordine ad ſpiritualia. Quocirca nul-
am illi eſſe poteſtatem in populos infide-
es, ut qui ad Eccleſiam non pertineant[2].
Vnde ſequitur ex ſententia Cajetani [3]
& Victoriæ & potioris partis tam Theo-
logorum quam Canoniſtarum [4], non
eſſe idoneum titulum adverſus Indos, vel
quia Papa dederit provincias illas tan-
quam dominus abſolute, vel quia non re-
cognoſcunt dominium Papæ: atque
adeo ne Sarracenos quidem iſto titulo
unquam ſpoliatos.

CAP. IV.

Luſitanos in Indos non habere jus dominii titulo belli.

HIs igitur ſublatis cum manifeſtum ſit, quod & Victoria ſcribit, [5] Hiſpanos ad terras remotiores illas navigantes nullum jus ſecum attuliſſe occupandi eas provincias, unus duntaxat titulus

---

[1] *Mat. 20. 26. Iohan. 6. 15. Mat. 17. 27.* [2] *Vict. ibid. num. 28. Cov. de loco 1 Corinth. 5. in fine. Thom. 2. 2. 12. 2. Ayala lib. 1. cap. 2. n. 29. Vict. ibid. n. 30. Cov. de loco.* [3] *Vide locum Cajetani infra.* [4] *Thom. 2. 2. q. 66. art. 8. Silv. de infid. § 7. Inn. in c. quod ſuper his de voto. Vict. n. 31.* [5] *d. num. 31.*

tulus belli restat, qui & ipse si justus esset, tamen ad dominium proficere non posset, nisi jure prædæ, hoc est post occupationem. Atqui tantum abest ut Lusitani eas res occupaverint, ut cum plerisque gentibus quas Batavi accesserunt, bellum eo tempore nullum haberent. Et sic igitur nullum jus illis quæri potuit: cum etiam si quas ab Indis pertulissent injurias, eas longa pace & amicis commerciis remisisse merito censeatur. Quanquam ne fuit quidem quod bello obtenderent. Nam qui Barbaros bello persequuntur, ut Americanos Hispani, duo solent prætexere, quod ab illis commercio arceantur, aut quod doctrinam veræ religionis illi nolint agnoscere. Et commercia quidem Lusitani ab Indis impetrarunt, ut hac in parte nihil habeant quod querantur. Alter vero [1] obtentus nihilo est justior, quam ille Græcorum in Barbaros, quo Boëtius [2] respexit:

An distant quia dissidentq; mores,
Injustas acies, & fera bella movent,
Alternisque volunt perire telis?
Non est justa satis sævitiæ ratio.

Ista autem & Thomæ & Concilii Toletani & Gregorii & Theologorum, Canonista-

---

[1] *Vide Vasq. c. 24. cont. ill. Vict. p. 2. de Indis n. 10.* [2] *Met. 4. lib. 4. de consol.*

onistarum, Iurisprudentiumque fere o-
nnium conclusio est [1]: Quantumcun-
ue fides annuntiata sit Barbaris (nam de
is qui subditi ante fuerunt Christianis
Principibus, item de Apostatis alia est
quæstio) probabiliter & sufficienter, & si
noluerint eam respicere, non tamen lice-
e hac ratione eos bello persequi, & spo-
iare bonis suis [2]. Operæpretium est in
hanc rem ipsa Cajetani verba describere:
3 *Quidam*, ait, *infideles nec de jure nec
de facto subsunt secundum temporalem ju-
risdictionem Principibus Christianis, ut
inveniuntur pagani, qui nunquam impe-
rio Romano subditi fuerunt, terras habi-
tantes, in quibus Christianum nunquam
fuit nomen. Horum namque domini,
quamvis infideles, legitimi domini sunt,
sive regali, sive politico regimine guber-
nantur: nec sunt propter infidelitatem à
dominio suorum privati, quum dominium
sit ex jure positivo, & infidelitas ex divino
jure, quod non tollit jus positivum, ut su-
perius in quæstione habitum est. Et de his
nul-*

[1] 2. 2. q. 10. *art.* 8. *c. de Iudæis dist.* 45. *c. qui sincera. eadem dist. Innoc. d. loco. Bartol. ad l.* 1. *C. de pag. Covarr. ad c. peccatum. p.* 2. §. 9. & 10. *Ayala de jure belli l.* 1, *c.* 2. *n.* 28. *arg.* [2] *Matt.* 10. 23.
[3] *ad Sum. Thom.* 2. 2. 4. 66. *art.* 8.

nullam scio legem quoad temporalia. Contra hos nullus Rex, nullus Imperator, nec Ecclesia Romana potest movere bellum ad occupandas terras eorum, aut subjiciendos illos temporaliter: quia nulla subest causa justa belli, cum Iesus Christus Rex Regum, cui data est potestas in cœlo & in terra, miserit ad capiendam possessionem mundi, non milites armatæ militiæ, sed sanctos prædicatores, sicut oves inter lupos. Vnde nec in testamento veteri, ubi armata manu possessio erat capienda, terræ infidelium inductum lego bellum alicui propter hoc quod non erant fideles: sed quia nolebant dare transitum, vel quia eos offenderant, ut Madianitæ, vel ut recuperarent sua, divina largitate sibi concessa. Vnde GRAVISSIME PECCAREMVS, *si fidem Christi Iesu per hanc viam ampliare contenderemus: nec essemus* LEGITIMI DOMINI *illorum: sed* MAGNA LATROCINIA *committeremus, & teneremur ad restitutionem, utpote* INIVSTI DEBELLATORES AVT OCCVPATORES. *Mittendi essent ad hos prædicatores boni viri, qui verbo & exemplo converterent eos ad Deum: & non qui eos opprimant, spolient, scandalizent, subjiciant, & duplo gehennæ filios faciant, more Pharisæorum.* Et in hanc formam audimus sæpe à Senatu in Hispania, & Theologis præcipue Dominicanis decretum fuisse,

sola

la verbi prædicatione non bello Ame-
canos ad fidem traducendos: libertatem
iam quæ illis eo nomine erepta esset, re-
itui debere, quod à Paulo tertio Ponti-
ce, & Carolo V. Imperatore Hispania-
um Rege comprobatum dicitur. Omit-
imus jam, Lusitanos in plerisque parti-
us religionem nihil promovere, ne ope-
am quidem dare, cum soli lucro invigi-
ent. Imo & illud ibi verum esse, quod
le Hispanis in America Hispanus scrip-
it, non miracula, non signa audiri, non
exempla vitæ religiosæ, quæ ad eandem
idem alios possent impellere, sed multa
scandala, multa facinora, multas impie-
tates. Quare cum & possessio & titulus
deficiat possessionis, neque res ditiones-
que Indorum pro talibus haberi debeant
quasi nullius ante fuissent, neque cum
illorum essent, ab aliis recte acquiri po-
tuerint, sequitur Indorum populos, de
quibus nos loquimur, Lusitanorum pro-
prios non esse, sed liberos, & sui juris:
de quo ipsi doctores Hispani non dubi-
tant. [1].

CAP.

[1] *Vict. in fine par. 2. 1. relection. de Indis.*

CAP. V.

Mare ad Indos aut jus eo navigandi non esse proprium Lusitanorum titulo occupationis.

SI ergo in populos terrasque & ditiones Lusitani jus nullum quæsiverunt, videamus an mare & navigationem, aut mercaturam sui juris facere potuerint. De mari autem prima sit consideratio, quod cum passim in jure aut nullius, aut commune, aut publicum Iurisgentium dicatur, hæ voces quid significent ita commodissime explicabitur, si Poëtas ab Hesiodo omnes, & Philosophos; & Iurisconsultos veteres imitati in tempora distinguamus, ea, quæ tempore forte haud longo, certa tamen ratione & sui natura discreta sunt. Neque nobis vitio verti debet si in juris à natura procedentis explicatione auctoritate & verbis eorum utimur quos constat naturali judicio plurimum valuisse. Sciendum est igitur in primordiis vitæ humanæ aliud quam nunc est dominium, aliud communionem fuisse [1]. Nam dominium nunc proprium

---

[1] *Vide Glos. & Castr. in l. ex hoc jure & c. jus nat. dist. 1.*

prium quid significat, quod scilicet ita est alicujus ut alterius non sit eodem modo. Commune autem dicimus, cujus proprietas inter plures consortio quodam aut consensu collata est exclusis aliis. Linguarum paupertas coëgit voces easdem in re non eadem usurpare. Et sic ista nostri moris nomina ad jus illud pristinum similitudine quadam & imagine referuntur. Commune igitur tunc non aliud fuit quam quod simpliciter proprio opponitur: Dominium autem facultas non injutur: Dominium autem facultas non injusta utendi re communi, quem usum Scholasticis [1] visum est facti non juris vocare, quia qui nunc in jure usus vocatur, proprium est quiddam, aut ut illorum more loquar, privative ad alios dicitur. Iure primo Gentium, quod & Naturale interdum dicitur, & quod Poëtæ alibi ætate aurea, alibi Saturni aut Iustitiæ regno depingunt, nihil propriũ fuit: quod Cicero dixit: *Sunt autem privata nulla natura.* Et Horatius:

Nam PROPRIÆ *telluris* HERVM NATVRA *nec illum,*
Nec me nec quenquam statuit.

Neque enim potuit natura dominos distinguere. Hoc igitur significatu res omnes

[1] *Vide Vasq. controv. usu freq. cap. 1. num. 10. c. exiit qui seminat. de Verb. sig. in 6. clem. exivi de paradiso de verb. sign.*

eo tempore communes fuisse dicimus, idem innuentes quod Poëtæ cum primos homines in medium quæsivisse, & Iustitiam casto federe res medias tenuisse dicunt: quod ut clarius explicent, negant eo tempore campos limite partitos, aut commercia fuisse ulla.

promiscua rura per agros
Præstiterant cunctis COMMVNIA *cuncta* VIDERI.[1]

Recte additum est *videri*, propter translationem ut diximus vocabuli. Communio autem ista ad usum referebatur:

pervium cunctis iter,
COMMVNIS VSVS *omnium rerũ fuit*[2].

Cujus ratione dominium quoddam erat, sed universale, & indefinitum: Deus enim res omnes non huic aut illi dederat, sed humano generi, atque eo modo plures in solidũ ejusdem rei domini esse non prohibebantur: quod si hodierna significatione sumamus dominium, contra omnem est rationem. Hoc enim proprietatem includit, quæ tunc erat penes neminem.

Aptissime autem illud dictum est:

omnia rerum
Vsurpantis erant,[3]

Ad eam vero, quæ nunc est, dominiorum distin-

---

[1] *Avienus in Arat.* [2] *Seneca Octavia.* [3] *Avienus.*

distinctionem non impetu quodam, sed paulatim ventum videtur, initium ejus monstrante natura. Cum enim res sint nonnullæ, quarum usus in abusu consistit, aut quia conversæ in substantiam utentis nullum postea usum admittunt, aut quia utendo fiunt ad usum deteriores, in rebus prioris generis, ut cibo & potu, proprietas statim quædam ab usu non sejuncta emicuit [1]. Hoc enim est proprium esse, ita esse cujusquam ut & alterius esse non possit; quod deinde ad res posterioris generis, vestes puta, & res mobiles alias aut se moventes ratione quadam productum est. Quod cum esset, ne res quidem immobiles omnes, agri puta, indivisæ manere potuerunt: quanquam enim horum usus non simpliciter in abusu consistat, eorum tamen usus abusus cujusdam causa comparatus est, ut arva & arbusta cibi causa, pascua etiam vestium: omnium autem usibus promiscue sufficere non possunt. Repertæ proprietati lex posita est, quæ naturam imitaretur. Sicut enim initio per applicationem corporalem usus ille habebatur, unde proprietatem primum ortam diximus, ita

---

[1] *ff. de usuf. earum rer. quæ usu cons. Extrav. de verb. sign. ad conditorem & quia quorundam Thom. 2. 2. 78.*

ita similì applicatione res proprias cujusque fieri placuit. Hæc est quæ dicitur occupatio, voce accommodatissima ad eas res quæ ante in medio positæ fuerant: quo Seneca Tragicus alludit [1].

IN MEDIO *est scelus*
POSITVM OCCVPANTI.

Et Philosophus [2] *Equestria* OMNIVM *Equitum Romanorum sunt: in illis tamen locus meus sit* PROPRIVS *quem* OCCVPAVI. Hinc [3] Quintilianus dicit, quod omnibus nascitur, industriæ esse præmium; & Tullius, [4] factas esse veteri occupatione res eorum qui quondam in vacua venerant. Occupatio autem hæc in rebus quæ possessioni renituntur, ut sunt feræ bestiæ, perpetua esse debet, in aliis sufficit, corpore cœptam possessionem animo retineri. Occupatio in mobilibus est apprehensio, in immobilibus instructio aut limitatio: unde Hermogenianus cum dominia distincta dicit, addit, agris terminos positos, ædificia collocata [5]. Hic rerum status à Poëtis indicatur.

Tũ laqueis captare feras, & fallere visco
Inventum:
Tum primum subiere domos. [6]

COM-

[1] *Sen. Thyeste.* [2] *Sen. Ben. l. 7 c. 12.* [3] *Decl. 13.* [4] *De off. 1.* [5] *L. ex hoc jure ff. de Iust. & jure.* [6] *Virgil. 1. Georg.*

COMMVNEMQVE PRIVS, *ceu lumina solis & auræ*
Cautus humum longo signavit LIMITE *messor.*[1]

Celebratur post hæc: ut Hermogenianus indicat, commercium, cujus gratia
Fluctibus ignotis insultavere carinæ.[2]

Eodem autem tempore & respublicæ institui cœperunt: Atque ita earum quæ à prima communione divulsa erant duo facta sunt genera. Alia enim sunt publica, hoc est, populi propria (quæ est genuina istius vocis significatio) alia mere privata, hoc est, singulorum. Occupatio autem publica eodem modo fit, quo privata. Seneca[3]. *Fines Atheniensium, aut Campanorum vocamus, quos deinde inter se vicini privata terminatione distinguunt.* Gens enim unaquæque

PARTITA FINES *regna constituit, novas*
Extruxit VRBES[4].

Hoc modo dicit Cicero[5] agrum Arpinatem Arpinatum dici, Tusculanum Tusculanorum, *similisque est*, inquit, *privatarum possessionum descriptio, ex* quo

1 *Ovid. in Metamorphos.* 2 *Ovid.*
3 *De benef.* 7. 4. 4 *Seneca Octav.*
5 *Offic.* 1.

quo quia suum cujusque sit, eorum quæ natura fuerant COMMVNIA, *quod cuique obtigit, id quisque teneat.* Contra autem Thucydides [1] eam terram quæ in divisione populo nulli obvenit, ἀόριστον, hoc est, indefinitam, & limitibus nullis circumscriptam vocat [2]. Ex his quæ hactenus dicta sunt duo intelligi possunt. Prius est, eas res quæ occupari non possunt, aut occupatæ nunquam sunt, nullius proprias esse posse: quia omnis proprietas ab occupatione cœperit. Alterum vero, eas res omnes, quæ ita à natura comparatæ sunt, ut aliquo utente nihilominus aliis quibusvis ad usum promiscue sufficiant, ejus hodieque conditionis esse, & perpetuo esse debere cujus fuerant cum primum à natura proditæ sunt. Hoc Cicero voluit [3]. *Ac latissime quidem patens hominibus inter ipsos omnibus inter omnes societas hæc est, in qua omnium rerum, quas ad communem usum natura genuit, est servanda communitas.* Sunt autem omnes res hujus generis, in quibus sine detrimento alterius alteri commodari potest. Hinc illud esse dicit Cicero: *Non prohibere aqua profluente.* Nam aqua profluens qua talis non qua flumen est, inter

---

[1] *Lib.* 1. [2] *Vide Duar. in tit. de rerum div. & qual.* [3] *offic.* 1.

nter communia omnium à Iurisconsultis refertur: & à Poëta [1].

Quid prohibetis AQVAS? VSVS
COMMVNIS *aquarum est.*
Nec solem PROPRIVM NATVRA
nec AERA *fecit,*
Nec tenues VNDAS, *in* PVBLICA
munera veni.

Dicit hæc non esse natura propria, sicut Vlpianus [2], natura omnibus patere, tum quia primum à natura prodita sunt, & in nullius adhuc dominium pervenerunt (ut loquitur [3] Neratius) tum quia, ut Cicero dicit, à natura ad usum cummunem genita videntur. Publica autem vocat tralatitia significatione, non quæ ad populum aliquem, sed quæ ad societatem humanam pertinent, quæ publica Iurisgentium in Legibus vocantur [4] hoc est, communia omnium, propria nullius. Hujus generis est Aër, duplici ratione, tum quia occupari non potest, tum quia usum promiscuum hominibus debet. Et eisdem de causis commune est omnium Maris Elemen-

[1] *Ovid. lib. 6. Metamorphos.* [2] *L. venditor. ff. com. præd.* [3] *L. quod in littore. ff. de acq. rerum dom. loco citato. Vide Comi. commun. civ. lib. 3. cap. 2. Donell. lib. 4. cap. 2.* [4] *L. ult. de usucap.*

Elementum, infinitum scilicet ita, ut possideri non queat, & omnium usibus accommodatum: sive navigationem respicimus, sive etiam piscaturam. Cujus autem juris est mare, ejusdem sunt si qua mare aliis usibus eripiendo sua fecit, ut arenæ maris, quarum pars terris continua littus dicitur [1]. Recte igitur Cicero [2]: *quid tam* COMMUNE *quam* MARE *fluctuantibus*, LITTUS *ejectis?* Etiam Virgilius auram, undam, littus cunctis patere dicit. Hæc igitur sunt illa quæ Romani vocant communia omnium jure naturali [3], aut quod idem esse diximus, publica juris gentium, sicut & usum eorum modo communem, modo publicum vocant. Quanquam vero etiam ea nullius esse, quod ad proprietatem attinet, recte dicantur, multum tamen differunt ab his quæ nullius sunt, & communi usui attributa non sunt, ut feræ, pisces, aves: nam ista si quis occupet, in jus proprium transire possunt, illa vero totius humanitatis

[1] *L. Arist. de rer. div.* [2] *loco citato.*
[3] *Inst. de rer. div. §. & quidem naturali, & §. littorum. ff. de rer. div. l. 1. & L. 2. L. Aristo. eod. tit. L. quod in Littore. L. quamvis. de acq. rer. dom. L. si quis me, de Injur. L. littora. Ne quid in loco publ. cum. L. seq.*

atis consensu proprietati in perpetuum xcepta sunt propter usum, qui cum sit omnium, non magis omnibus ab uno ripi potest, quam à te mihi quod meum st. Hoc est quod Cicero dicit inter prima esse Iustitiæ munera, rebus communibus pro communibus uti. Scholastici dicerent esse communia alia affirmative, alia privative. Distinctio hæc non modo Iurisprudentibus usitata est, sed vulgi etiam confessionem exprimit: unde apud Athenæum convivator mare commune esse dicit, at pisces capientium fieri. Et in Plautina Rudente servo dicenti, *Mare quidem commune certo est omnibus*, assentit piscator, addenti autem, *In mari inventum est, commune est*, recte occurrit:

Meum quod rete atque hami nacti sunt, meum potissimum est.

Mare igitur proprium omnino alicujus fieri non potest, quia natura commune hoc esse non permittit, sed jubet, imo ne littus quidem: [1] nisi quod hæc addenda est interpretatio: ut si quid earum rerum per naturam occupari possit, id eatenus occupantis fiat, quatenus ea occupatione usus ille promiscuus non læditur. Quod merito receptum

 est:

[1] *Vide Don. L. 4. c. 2.*

eſt: nam cum ita ſe habet, ceſſat utraque exceptio per quam eveniſſe diximus, ne omnia in ejus proprium tranſcriberentur [1]. Quoniam igitur inædificatio ſpecies eſt occupationis, in littore licet ædificare [2], ſi id fieri poteſt ſine cæterorum incommodo, ut Pomponius loquitur. quod ex Scævola explicabimus, niſi uſus publicus, hoc eſt communis impediretur. Et qui ædificaverit, ſoli dominus fiet: quia id ſolum nec ullius proprium, nec ad uſum communem neceſſarium fuit. eſt igitur occupantis: ſed non diutius quam durat occupatio, quia reluctari mare poſſeſſioni videtur, exemplo feræ, quæ ſi in naturalem ſe libertatem receperit, non ultra captoris eſt, ita & littus poſtliminio mari cedit. Quicquid autem privatum fieri occupando, idem & publicum, hoc eſt populi proprium poſſe oſtendimus [3]. Sic littus Imperii Romani fini-

[1] Inſt. de rer. div. §. litt. l. riparum. §. 1. ff. de rer. div. l. fluminum. ff. de damno inf. [2] L. quamvis de acq. rer. dom. L. in littore. Ne quid in loco pub. L. Ariſto. de rerum div. L. quod in littore. de acq. rer. dom. [3] d. L. littora ne quid in loco publ. Donell. l. 4, c. 2, & c. 9. d. L. quamvis de acq. rer. dom. L. 2, in princ. & §. merito. & §. Si quis à Princ. Ne quid in loco pub.

nibus inclusum, populi Romani esse
Celsus existimat: quod si ita est, minime
mirandum est, eundem Populum subdi-
tis suis occupandi littoris modum per
Principem aut Prætorem potuisse conce-
dere. Cæterum & hæc occupatio non
minus quam privata ita restringenda est,
ne ulterius porrigatur, quam ut salvus sit
usus Iurisgentium. Nemo igitur potest à
Populo Romano ad littus maris accede-
re prohiberi, & retia siccare, & alia face-
re, quæ semel omnes homines in perpe-
tuum sibi licere voluerunt. [1] Maris autem
natura hoc differt à littore, quod mare
nisi exigua sui parte nec inædificari faci-
le, nec includi potest: & ut posset, hoc
ipsum tamen vix contingeret, sine usus
promiscui impedimento. Si quid tamen
exiguum ita occupari potest, id occupanti
conceditur. Hyperbole est igitur

Contracta pisces æquora sentiunt
Iactis in altum molibus [2].

Nam Celsus jactas in mare pilas ejus esse
dicit qui jecerit [3]. Sed id non conceden-
dum si deterior maris usus eo modo fu-
turus sit. Et Vlpianus eum qui molem in
mare

[1] *L. Nemo igitur. ff. de rerum divi-
sion. Vide d. L. littora. ff. Ne quid in
loco publ.* [2] *Horat.* [3] *d. l. littora.*

mare jacit, ita tuendum dicit si nemo damnum sentiat [1]. Nam si cui hæc res nocitura sit, Interdictum utique, Ne quid in loco publico fiat competiturum. Vt & Labeo, si quid tale in mare struatur, Interdictum vult competere, Ne quid in Mari, quo portus, statio, iterve navigiis deterius sit, fiat [2]. Quæ autem navigationis, eadem piscatus habenda est ratio, ut communis maneat omnibus. Neque tamen peccabit si quis in maris diverticulo piscandi locum sibi palis circumsepiat, atque ita privatum faciat: sicut Lucullus exciso apud Neapolim monte ad villam suam maria admisit [3]. Et hujus generis, puto fuisse piscinas maritimas quarum Varro & Columella meminerunt. Nec Martialis alio spectavit, cum de Formiano Apollinaris loquitur [4].

Si quando NEREVS *sentit Æoli regnum.*
Ridet procellas tuta de SVO *mensa.*

Et Ambros. [5]. *Inducis mare intra prædia tua ne desint belluæ.* Hinc apparere potest quæ mens Pauli fuerit, cum dicit, [6] si maris

---

1 *L.* 2. *ne quid in loco publ.* §. *Advers.*
2 *L.* 1. §. *si in mare. ff. de fluminibus.*
3 *Plin. lib.* 10, *cap.* 54. 4 *Lib* 10. *Epig.* 10. 5 *De Nabuts. c.* 3. 6 *L. sane si maris. ff. de injuriis.*

natis proprium jus ad aliquem perti-
eat, Vti possidetis interdictum ei com-
etere. Esse quidem hoc Interdictum ad
rivatas causas comparatum, non autem
d publicas, (in quibus etiam ea com-
rehenduntur quæ jure gentium com-
nuni facere possumus) sed hic jam agi
le jure fruendo quod ex causa privata,
contingat, non publica, sive communi.
Nam teste Marciano, [1] quicquid oc-
cupatum est & occupari potuit, id jam
non est jurisgentium, sicut est mare:
Exempli causa, si quis Lucullum aut
Apollinarem in privato suo, quatenus
diverticulum maris incluserant, piscari
prohibuisset, dandum illis interdictum
Paulus putavit, non solum injuriarum
actionem, ob causam scilicet privatæ pos-
sessionis [2]. Imo in diverticulo maris, si-
cut in diverticulo fluminis, si locum ta-
lem occuparim, ibique piscatus sim, ma-
xime si animum privatim possidendi plu-
rium annorum continuatione testatus
fuerim, alterum eodem jure uti prohibe-
bo: ut ex Marciano colligimus, non ali-
ter quam in lacu qui mei dominii est.
Quod verum quam diu durat occupatio,
quem-

[1] *L. nemo igitur. ff. de rerum div.*
[2] *L. si quisquam, de divers. & temp. præscr.*

quemadmodum in littore antea diximus. Extra diuerticulum idem non erit, ne scilicet communis usus impediatur[1]. Ante ædes igitur meas aut prætorium ut piscari aliquem prohibeant usurpatum quidem est, sed nullo jure, adeo quidem ut Vlpianus contemta ea usurpatione si quis prohibeatur injuriarum dicat[2] agi posse. Hoc imperator Leo (cujus Legibus non utimur), contra juris rationem mutavit, voluitque προθύρα, hoc est, vestibula maritima eorum esse propria, qui oram habitarent, ibique eos jus piscandi habere[3]: quod tamen ita procedere voluit, ut septis quibusdam remoratoriis quas ἐποχὰς Græci vocant, locus ille occuparetur: existimans nimirum non fore ut quis exiguam maris portionem alteri invideret qui ipse toto mari ad piscandum admitteretur. Certe ut quis magnam maris partem, etiamsi possit, publicis utilitatibus eripiat, non tolerandæ est improbitatis: in quam merito Vir Sanctus[4] invehitur. SPATIA MARIS *sibi vindicant* IVRE MANCIPII, *piscium-*

---

[1] *L. præscriptio ff. de usucap.* [2] *L. injuriarum § ult. ff. de injuriis d. L. injuriarum § si quis me.* [3] *Novella Leo* 102, 103, 104. *Vide Cujac.* 14 *obs.* 1. [4] *Ambros. lib.* 5. *Hex. c.* 10.

iumque jura sicut vernaculorum condi-
one sibi servitii subjecta commemorant.
te, inquit, SINVS *maris meus est: ille*
lterius. Dividunt elementa sibi potentes.
st igitur Mare in numero earum rerum
uæ in commercio non sunt[1], hoc est,
uæ proprii juris fieri non possunt. Vnde
equitur si proprie loquamur, nullam
Maris partem in territorio populi alicu-
us posse censeri. Quod ipsum Placentinus
ensisse videtur, cum dixit, Mare ita esse
commune, ut in nullius dominio sit nisi
solius Dei: & Ioannes Faber, cum mare
asserit relictum in suo jure, & esse primæ-
vo, quo omnia erant communia[2]. Alio-
quin nihil differrent quæ sunt omnium
communia ab his quæ publica proprie
dicuntur, ut mare à flumine. Flumen po-
pulus occupare potuit, ut inclusum fini-
bus suis, mare non potuit. Territoria au-
tem sunt ex occupationibus populorum,
ut privata dominia ex occupationibus
singulorum. Vidit hoc Celsus, qui clare
satis distinguit inter littora[3], quæ popu-
lus Romanus occupare potuit, ita tamen
ut usui communi non noceretur, & mare
quod

1 *Donell. lib. 4. cap. 6.* 2 *Ioh. Faber ad d. §. Littorum. inst. de rerum divis. adde D D. ad l. ἀξίωσις ff. ad l. Rhodiam.*
3 *L. littora. Ne quid in loco publ.*

quod pristinam naturam retinuit. Nec ulla lex diversum indicat[1]. Quæ vero leges à contrariæ sententiæ auctoribus citantur, aut de insulis loquuntur, quas clarum est occupari potuisse, aut de portu qui non communis est, sed proprie publicus. Qui vero dicunt mare aliquod esse Imperii Romani, dictum suum ita interpretantur, ut dicant jus illud in mare ultra protectionem & jurisdictionem non procedere: quod illi jus à proprietate distinguunt: nec forte satis animadvertunt idipsum quod Populus Romanus classes præsidio navigantium disponere potuit, & deprehensos in mari piratas punire, non ex proprio, sed ex communi jure accidisse, quod & aliæ liberæ gentes in mari habent. Illud interim fatemur, potuisse inter gentes aliquas convenire, ut capti in maris hac vel illa parte, hujus aut illius reipublicæ judicium subirent, atque ita ad commoditatem distinguendæ jurisdictionis in mari fines describi, quod ipsos quidem eam sibi legem ferentes obligat[1],

---

1 *Vide L. insulæ. ff. de judiciis. Vide L. Cæsar. ff. de public. Gloss. in L. quædam. de rerum divis. & in d. L. littora. & in §. 1. Inst. de rer. divis. Bal. in d. l. quadam.*

t [1], at alios populos non item [2]: neque
cum cujus proprium facit, ſed in per-
nas contrahentium jus conſtituit. Quæ
ſtinctio ut naturali rationi conſenta-
ea eſt, ita Vlpiani reſponſo quodam
omprobatur, qui rogatus an duorum
rædiorum maritimorum dominus,
lteri eorum quod venderet ſervitutem
otuiſſet imponere, ne inde in certo ma-
is loco piſcari liceret, reſpondet; rem
uidem ipſam, mare ſcilicet ſervitute
ulla affici potuiſſe, quia per naturam
oc omnibus pateret, ſed cum bona fi-
es contractus legem venditionis ſervari
xpoſceret, perſonas poſſidentium & in
us eorum ſuccedentium per iſtam le-
gem obligari. Verum eſt loqui Iuriscon-
ſultum de prædiis privatis, & lege pri-
vata, ſed in territorio & lege populo-
rum eadem hic eſt ratio, quia populi re-
ſpectu totius generis humani privatorum
locum obtinent. Similiter reditus qui in
piſcationes maritimas conſtituti Rega-
lium numero cenſentur, non rem, hoc
eſt mare, aut piſcationem, ſed perſo-
nas

[1] *Bal. in c. in princ. in 2. col. Quib. mod. feud. amit. adde L. unic. C. de claſſ. lib. 11. & Aug. in l. ſanc. ff. de injur. L. Venditor fundi. Com. præd. adde L. ca- veri. cod. tit.*

nias non obligant [1]. Quare subditi, in quos legem ferendi potestas Reipublicæ aut Principi ex consensu competit, ad onera ista compelli forte poterunt: sed exteris jus piscandi ubique immune esse debet, ne servitus imponatur mari quod servire non potest. Non enim maris eadem quæ fluminis ratio est [2]: quod cum sit publicum, id est populi, jus etiam in eo piscandi à populo aut Principe concedi aut locari potest, ita ut ei qui conduxit, etiam interdictum Veteres dederint, de loco publico fruendo, addita conditione, si is cui locandi jus fuerit, fruendum alicui locaverit [3]: quæ conditio in mari evenire non potest. Cæterum qui ipsam piscationem numerant inter Regalia, ne quidem illum locum, quem interpretabantur, satis inspexerunt. quod Iserniam & Alvotum non latuit. Demonstratum est [4] nec populo nec privato cuipiam jus aliquod proprium in ipsum mare (nam diverticulum excipimus) competere posse, cum occupationem nec natura, nec usus

[1] *C. quæ sint Regalia, in Feudis.* [2] *Vide Balbum de præscr. 4. parte 5 part. primo. qu.6.n.4.* [3] *d.l injuriarũ. § ff. quis me. vers. conductor. ff. de injur. ff. de loco publ. fruendo.* [4] *Ad d. locum. Quæ sint Regalia.*

ſus publici ratio permittat. Hujus autem
ei cauſa inſtituta fuerat hæc diſputatio,
t appareret Luſitanos mare quo ad In-
os navigatur ſui juris non feciſſe. Nam
ıtraque ratio quæ proprietatem impedit,
n hac cauſa eſt quam in cæteris omnibus
nfinito efficacior. Quod in aliis difficile
videtur, in hac omnino fieri non poteſt:
quod in aliis iniquum judicamus, in hac
ſumme barbarum eſt, atque inhuma-
num. Non de mari interiore hic agimus,
quod terris undique infuſum, alicubi et-
iam fluminis latitudinem non excedit,
de quo tamen ſatis conſtat locutos Ro-
manos Iuriſconſultos, cum nobiles illas
adverſus privatam avaritiam ſententias
ediderunt: de Oceano quæritur, quem
immenſum, infinitum, rerum parentem,
cœlo conterminum antiquitas vocat: cu-
jus perpetuo humore non fontes tantum
& flumina & maria, ſed nubes, ſed ipſa
quodammodo ſidera paſci veteres credi-
derunt: qui denique per reciprocas æ-
ſtuum vices terram hanc humani generis
ſedem ambiens, neque teneri, neque in-
cludi poteſt, & poſſidet verius quam poſ-
ſidetur. In hoc autem Oceano non de ſi-
nu aut freto, nec de omni quidem eo
quod è littore conſpici poteſt controver-
ſia eſt. Vindicant ſibi Luſitani quicquid
duos Orbes interjacet, tantis ſpatiis diſ-
 cretos,

cretos, ut plurimis sæculis famam sui non potuerint transmittere. Quod si Castellanorum, qui in eadem sunt causa, portio accedat, parvo minus omnis Oceanus duobus populis mancipatus est, aliis tot gentibus ad Septentrionum redactis angustias: multumque decepta est Natura, quæ cum elementum illud omnibus circumfudit, omnibus etiam suffecturum credidit. In tanto mari si quis usu promiscuo solum sibi imperium & ditionem exciperet, tamen immodicæ dominationis affector haberetur: si quis piscatu arceret alios, insanæ cupiditatis notam non effugeret. At qui etiam navigatum impedit, quo nihil ipsi perit, de eo quid statuemus? Si quis ab igni qui totus suus est, ignem capere, lumen suo de lumine, alterum prohiberet, lege hunc humanæ societatis reum peragerem: quia vis ea est istius naturæ,

Ut nihilominus ipsi luceat, cum illi accenderit [1].

Quid ni enim quando sine detrimento suo potest, alteri communicet, in iis quæ sunt accipienti utilia, danti non molesta [2]? Hæc sunt quæ Philosophi [3] non alienis tantum, sed & ingratis præstari volunt.

---

[1] *Ennius.* [2] *Cic. de off.* 1. [3] *Sen. lib.* 3, *cap.* 28.

olunt. Quæ vero in rebus privatis invidia
ſt, eadem in re communi non poteſt non
ſſe immanitas. Improbiſſimũ enim hoc
ſt, quod naturæ inſtituto, conſenſu gen-
ium, meum non minus quam tuum eſt,
id te ita intercipere, ut ne uſum quidem
mihi concedas, quo conceſſo nihilomi-
nus id tuum ſit, quam antea fuit. Tum ve-
ro etiam qui alienis incumbunt, aut com-
munia intercipiunt, certa quadam poſſeſ-
ſione ſe tuentur. Quia enim prima, ut
diximus, occupatio res proprias fecit,
iccirco imaginem quandam dominii præ-
fert quamvis injuſta detentio. At Luſitani
num ſicuti terras ſolemus, ſic mare illud
impoſitis prædiis ita undiq; cinxerunt, ut
in ipſorum manu eſſet quos vellent exclu-
dere? An vero tantum hoc abeſt, ut ipſi
etiam, cum adverſus alios populos mun-
dum dividunt, non ullis limitibus aut na-
tura aut manu poſitis, ſed imaginaria
quadam linea ſe tueantur? quod ſi recipi-
tur & dimenſio talis ad poſſidendum va-
let, jamdudum nobis Geometræ terras,
Aſtronomi etiam cœlũ eriperent. Vbi hic
igitur eſt iſta, ſine qua nulla dominia cœ-
perunt, corporis ad corpus adjunctio? Ni-
mirũ apparet in nulla re verius dici poſſe,
quod Doctores noſtri prodiderũt [1]. Mare
cum

1 *Ioann. Faber ad §. littorum.*

cum sit incomprehensibile, non minus quam aër, nullius populi bonis potuisse applicari. Si vero ante alios navigasse, & viam quodammodo aperuisse, hoc vocant occupare, quid esse potest magis ridiculum? Nam cum nulla pars sit maris, in quam non aliquis primus ingressus sit, sequetur omnem navigationem ab aliquo esse occupatam. Ita undique excludimus. Quin & illi qui terrarum orbem circumvecti sunt, totum sibi Oceanum acquisivisse dicendi erunt. Sed nemo nescit navem per mare transeuntem non plus juris quam vestigii relinquere. Verum etiam quod sibi sumunt neminem ante ipsos eum Oceanum navigasse, id minime verum est. Magna enim pars ejus de quo agitur maris, ambitu Mauritaniç, jam olim navigata est: ulterior & in orientem vergens victoriis Magni Alexandri lustrata est, usque in Arabicum sinum [1]. Olim autem hanc navigationem Gaditanis percognitam fuisse, multa argumento sunt. Cajo Cæsare Augusti filio in Arabico sinu res gerente signa navium ex Hispaniensibus naufragiis agnita. Et quod Cælius Antipater tradidit, vidisse se qui ex Hispania in Æthiopiam commercii gratia

[1] *Ex Plin. l.2. cap. 69. & lib 6. c. 31. & Mela lib. 3.*

atia navigasset: Etiam Arabibus, si ve-
m est, quod Cornelius Nepos testatus
t, Eudoxum quendam sua ætate cum
athyrum Regem Alexandriæ fugeret, A-
abico sinu egressum Gades usque perve-
tum. Pœnos autem, qui re maritima plu-
imum valuerunt, eum Oceanum non
gnorasse longe clarissimum est, cum
Hanno Carthaginis potentia florente
circumvectus à Gadibus ad finem Ara-
biæ, præternavigato scilicet promonto-
rio quod nunc Bonæ Spei dicitur, (Vetus
videtur nomen Hesperion ceras fuisse)
omne id iter, situmque littoris & insula-
rum scripto complexus sit, testatusque ad
ultimum non mare sibi, sed commeatum
defuisse. Ab Arabico autem sinu ad In-
diam, Indicique Oceani insulas, & au-
ream usque Chersonesum, quam esse Ia-
panem credunt plerique, etiam re Roma-
na florente navigati solitum, iter à Pli-
nio [1] descriptum, legationes ab Indis ad
Augustum, ad Claudium etiam ex Ta-
probane insula, deinde gesta Trajani &
tabulæ Ptolemæi satis ostendunt. Iam suo
tempore Strabo [2] Alexandrinorum me:-
catorum classem ex Arabico sinu, ut Æ-
thiopiæ ultima, ita & Indiæ, petisse testa-
tur, cum olim paucis navibus id audere-
 tur.

1 Plin. l. 6, c. 23. 2 Lib. 2, & 17.

tur. Inde magna populo Romano vectigalia: Addit Plinius [1] impositis sagittariorum cohortibus piratarum metu navigatum: solamque Indiam quingenties sestertium, si Arabiam addas & Seres, millies annis omnibus Romano Imperio ademisse: & merces centuplicato venditas. Et hæc quidem vetera satis arguunt primos non fuisse Lusitanos. In singulis autem sui partibus Oceanus ille & tunc cum eum Lusitani ingressi sunt, & nunquam non cognitus fuit. Mauri enim, Æthiopes, Arabes, Persæ, Indi eam maris partem cujus ipsi accolę sunt, nescire neutiquam potuerunt. Mentiuntur ergo qui se mare illud invenisse jactant. Quid igitur, dicet aliquis, parumne videtur, quod Lusitani intermissam multis forte sæculis navigationem primi repararunt, &, quod negari non potest, Europæis gentibus ignotam ostenderunt, magno suo labore, sumtu, periculo? Imo vero si in hoc incubuerunt ut quod soli reperissent id omnibus monstrarent, quis adeo est amens, qui non plurimum se illis debere profiteatur? Eandem enim gratiam, laudemque & gloriam immortalem illi promeruerint, qua omnes contenti fuerunt rerum magnarum inventores, quotquot scilicet non

[1] *loco cit. & l. 12, c. 19.*

on sibi, sed humano generi prodesse stu-
uerunt. Sin Lusitanis suus ante oculos
quæstus fuit, lucrum quod semper maxi-
mum est in prævertendis negotiationi-
bus, illis sufficere debuit. Et scimus itinera
prima proventus interdum quater decu-
plos, aut etiam uberiores dedisse: quibus
factum ut inops diu populus ad repenti-
nas divitias subito prorumperet, tanto
luxus apparatu, quantus vix beatissimis
gentibus in supremo progressæ diu fortu-
næ fastigio fuit. Si vero eidem in hoc
præiverunt, ne quisquam sequeretur, gra-
tiam non merentur, cum lucrum suum
respexerint. lucrum autem suum dicere
non possunt, cum eripiant alienum. Ne-
que enim illud certum est, nisi ivissent eo
Lusitani, iturum fuisse neminem. Adven-
tabant enim tempora, quibus ut artes pe-
ne omnes, ita & terrarum & marium si-
tus clarius in dies noscebantur. Excitas-
sent vetera, quæ modo retulimus, exem-
pla, & si non uno impetu omnia patuis-
sent, at paulatim promota velis fuissent
littora alio semper aliud monstrante. Fa-
ctum denique fuisset, quod fieri potuisse
Lusitani docuerunt, cum multi essent
populi non minus flagrantes mercatu-
ræ & rerum externarum studio. Venetis
qui multa jam Indiæ didicerant, cæte-
ra inquirere promptum fuit. Gallorum
 Britto-

Brittonum indefessa sedulitas, Anglorum audacia cœpto non defuisset. Ipsi Batavi multo magis desperata aggressi sunt. Nulla igitur æquitatis ratio, ne probabilis quidem ulla sententia à Lusitanis stat. Omnes enim qui mare volunt imperio alicujus subjici posse, id ei attribuunt qui proximus portus & circumjacentia littora in ditione habet [1]. At Lusitani in illo immenso littorum tractu paucis exceptis præsidiis nihil habent quod suum possint dicere. Deinde vero etiam qui mari imperaret, nihil tamen posset ex usu communi deminuere, sicut Populus Romanus arcere neminem potuit, quo minus in littore Imperii Romani cuncta faceret, quæ jure gentium permittebantur [2]. Et si quicquam eorum prohibere posset, puta piscaturam, qua dici quodammodo potest pisces exhauriri, at navigationem non posset, per quam mari nihil perit. Cui rei argumentum est longe certissimum, quod ex Domorum sententia ante retulimus, etiam in terra, quæ cum populis, tum hominibus singulis in proprie-

---

[1] *Gloss. in c. ibi peric. § porro super verbo territorio. De elect. in sexto & ibi Can. Gloss. in c licet. ff. de Feriis.* [2] *L. nemo igitur. ff. de rer. divis. adde Alber. Gentilem de jure belli lib. 1. c. 19. sub finem.*

ietatem attributa est : iter tamen,
erte inerme & innoxium, nullius gen-
s hominibus juste negari : sicut & po-
um ex flumine. Ratio apparet, quia
um unius rei naturaliter usus essent di-
versi, eum duntaxat gentes dividisse in-
ter se videntur, qui sine proprietate
commode haberi non potest; contra au-
tem eum recepisse, per quem domini
conditio deterior non esset futura. Om-
nes igitur vident eum qui alterum navi-
gare prohibet nullo jure defendi, cum
eundem etiam injuriarum teneri Vlpia-
nus dixerit [1] : alii autem etiam interdi-
ctum utile prohibito competere existi-
maverint [2]. Et sic Batavorum intentio
communi jure nititur, cum fateantur
omnes, permissum cuilibet in mari na-
vigare etiam à nullo Principe impetrata
licentia : quod Legibus Hispanicis diser-
te expressum est [3].

CAP.

[1] *L. 2. §. si quis in mari. ff. Ne quid in loco publ.* [2] *Gloss. ad L. 1. ut in flumine publ.* [3] *Bal. in L. item lapilli. 3. col. ff. de rer. divis. Rodericus Zuarius Hispanus in consilio 1. de usu maris. 3. partit. tit. 28. L. 10. & 12.*

CAP. VI.

Mare aut jus navigandi proprium non esse Lusitanorum titulo donationis Pontificiæ.

DOnatio Pontificis Alexandri, quæ à Lusitanis mare aut jus navigandi solis sibi vindicantibus, cum inventionis deficiat titulus, secundo loco adduci potest, satis ex iis quæ ante dicta sunt vanitatis convincitur. Donatio enim nullum habet momentum in rebus extra commercium positis. Quare cum mare aut jus in eo navigandi proprium nulli hominum esse possit, sequitur neq; dari à Pontifice, neque à Lusitanis accipi potuisse. Præterea cum supra relatum sit ex omnium sani judicii hominum sententia Papam non esse dominum temporalem totius orbis, ne Maris quidem esse satis intelligitur: quanquam etsi id concederetur, tamen jus annexum Pontificatui in Regem aliquem aut populum pro parte nulla transferri debuisset. Sicut nec Imperator posset Imperii provincias in suos usus convertere, aut pro suo arbitrio alienare [2]. Illud saltem nemo negaturus est, cui aliquid sit frontis, cum jus disponendi in temporalibus Pontifici nemo concedat, nisi

[1] *Vict. loco citato. n. 26.*

i forte quantum ejus rerum spiritua-
m necessitas requirit, ista autem de qui-
s nunc agimus, mare scilicet & jus na-
gandi, lucrum & quæstum merum, non
etatis negotium respiciant, sequi nullam
ic in re fuisse illius potestatem. Quid,
uod ne Principes quidem, hoc est, do-
ini temporales possunt ullo modo à na-
gatione aliquem prohibere, cum si quod
abent jus in mari id sit tantum jurisdi-
tionis ac protectionis? Etiam illud notis-
mum est apud omnes, ad ea facienda
uæ cum lege Naturæ pugnant, nullam
sse Papæ auctoritatem [1]. Pugnat autem
um lege Naturæ, ut mare aut ejus usum
uisquam habeat sibi proprium, ut jam
atis demonstravimus. Cum denique jus
suum auferre alicui Papa minime possit,
quæ erit facti istius defensio, si tot popu-
los immerentes, indemnatos, innoxios
ab eo jure quod ad ipsos non minus quam
ad Hispanos pertinebat uno verbo voluit
excludere? Aut igitur dicendum est nul-
lam esse vim ejusmodi pronuntiationis,
aut quod non minus credibile est, eum
Pontificis animum fuisse, ut Castellano-
rum & Lusitanorum inter se certamini
intercessum voluerit, aliorum autem juri
nihil diminutum.

CAP.

1 *Silv. in Verbo Papa. n. 16.*

CAP. III.

Mare aut jus navigandi proprium non esse Lusitanorum titulo præscriptionis aut consuetudinis.

VLtimum iniquitatis patrocinium in præscriptione solet esse aut consuetudine. Et huc igitur Lusitani se conferunt: sed utrumque illis præsidium certissima juris ratio præcludit. Nam præscriptio à Iure est civili, unde locum habere non potest inter Reges, aut inter populos liberos [1]: multo autem minus ubi jus naturæ aut gentium resistit, quod jure civili semper validius est. Quin & ipsa lex civilis præscriptionem hic impedit [2]. Vsucapi enim, aut præscriptione acquiri prohibentur, quæ in bonis esse non possunt, deinde quæ possideri vel quasi possideri nequeunt, & quorum alienatio prohibita est. Hæc autem omnia de mari & usu maris vere dicuntur. Et cum publicæ res, hoc est populi alicujus nulla temporis possessione quæri posse dicantur, sive ob rei

[1] *Vasq. cap. 51.* [2] *Vide Donel. lib. 5. com. cap. 22. & seq. L. sed Cels. ff. de contra. empt. L. usucapionem. ff. de usucapion. L. sine. ff. eod. cap. sive poss. de Reg. jur. in 6. L. alienationis. ff. de verb. sign. L. si fundum. ff. de fundo dotal.*

naturam, sive ob eorum privilegium versus quos præscriptio ista procede-t, quanto justius humano generi, quam ni populo id beneficium dandum fuit in ibus communibus? Et hoc est quod apinianus scriptum reliquit [1], præscri-tionem longæ possessionis ad obtinenda oca jurisgentium publica concedi non olere: ejusque rei exemplum dat in lit-ore, cujus pars imposito ædificio occu-pata fuerat: nam eo diruto, & alterius æ-lificio in eodem loco postea exstructo, exceptionem opponi non posse: quod de-inde similitudine rei publicæ illustrat: nam & si quis in fluminis diverticulo pluribus annis piscatus sit, postea, inter-rupta scilicet piscatione, alterum eodem jure prohibere non posse. Apparet igitur Angelum & qui cum Angelo dixerunt [2] Venetis & Ianuensibus per præscriptio-nem jus aliquod in sinum maris suo lit-tori præjacentem acquiri potuisse, aut falli, aut fallere, quod sane Iurisconsultis nimium est frequens, cum sanctæ profes-sionis auctoritatem, non ad rationes & leges, sed ad gratiam conferunt potentio-rum.

[1] *L. præscrip. C. de oper. publ. L. diligent. C. de Aquaductis. L. viam ff. de via publ. L. ult. ff. de usucap.* [2] *Cons. 286. Thema tale est: inter cætera capitula pacis.*

rum. Nam Martiani quidem responsum de quo & ante egimus, si recte cum Papiniani verbis comparetur, non aliam accipere potest interpretationem [1], quam eam quæ & Ioanni olim & Bartolo probata est, & nunc à doctis omnibus recipitur [2]: ut scilicet jus prohibendi procedat quamdiu durat occupatio: non auté si ea omissa sit: omissa enim non prodest, nec si per mille annos fuisset continuata, ut recte animadvertit Castrensis. Et quamvis hoc voluisset Martianus, quod minime credendus est cogitasse, in quo loco occupatio conceditur, in eodem præscriptionem concedi, tamen absurdum erat quod de flumine publico dictum erat ad Mare commune, & quod de diverticulo ad sinum proferre, cum hæc præscriptio usum quæ est Iuregentium communis, impeditura sit, illa auté publico usui non admodum noceat. Alterum autem Angeli argumentum quod ex aquæ ductu sumitur [3], eodem

[1] *l. si quisquam. ff. de divers. & temp. præscrip.* [2] *Duar. de usucap. c. 3. Cuiac. ad d. l. ult. de usuc. Donell. Com. lib. 5, c. 22. in d. ult. n. 4. per l. quod in littore. ff. de acq. rer. dom.* [3] *Ex l. usum aquæ C. de Aquæ d. lib. 11. confer. cum l. Dilig. eod. tit. & cum l. hoc jur. §. Ductus aquæ. ff. de Aqua quot. & æst.*

odem Castrensi monstrante, ut à quæ-
tione alienissimum, ab omnibus merito
xploditur. Falsum igitur est talem præ-
criptionem etiam eo tempore gigni, cu-
us initium omnem memoriam excedat.
Vbi enim lex omnem omnino tollit præ-
scriptionem, ne istud quidem tempus ad-
mittitur, hoc est, ut Felinus loquitur [1],
materia impræscriptibilis tempore im-
memoriali non fit præscriptibilis. Fate-
tur hæc vera esse Balbus [2]: sed Angeli
sententiam receptam dicit hac ratione,
quia tempus extra memoriam positum
idem valere creditur privilegio, cùm ti-
tulus amplissimus ex tali tempore præsu-
matur. Apparet hinc non aliud illos sen-
sisse, quam si pars aliqua reipublicæ, puta
Imperii Romani, supra omnem memo-
riam usa esset tali jure, ei dandam præ-
scriptionem hoc colore, quasi Princi-
pis concessio præiisset. Quare cum ne-
mo sit dominus totius generis humani,
qui jus illud adversus homines omnes
homini, aut populo alicui potuisset
concedere, sublato illo colore, necesse
est etiam præscriptionem interimi. Et
sic ex illorum etiam sententia inter Re-
D ges

1 *Ad c. accedentes. de præscription.*
2 *De præscript. 4. par. 5. part. princip.*
q. 6. num. 8.

ges aut populos liberos prodesse nihil potest lapsus infiniti temporis. Vanissimum autem & illud est quod Angelus docuit, etiamsi ad dominium præscriptio proficere non potest, tamen dandam esse possidenti exceptionem. Nam Papinianus disertis verbis exceptionem negat [1], & aliter non potuit sentire, cum ipsius sæculo præscriptio nihil esset aliud quam exceptio. Verum igitur est quod & leges Hispanicæ exprimunt [2] in his rebus quæ communi hominum usui sunt attributæ, nullius omnino temporis præscriptionem procedere, cujus definitionis illa præter cæteras ratio reddi potest, quod qui re communi utitur, ut communi uti videtur, non autem jure proprio, & ita præscribere non magis quam fructuarius potest vitio possessionis [3]. Altera hæc etiam non contemnenda est, quod in præscriptione temporis cujus memoria non extat, quamvis titulus & bona fides præsumantur, tamen si reipsa appareat titulum omnino nullum dari posse, & sic manifesta sit fides mala, quæ in populo maxime quasi uno corpore perpetua

[1] *d. l. ultima.* [2] *Par. 3. tit. 29. l. 7. inc. Placa. Rod. Zuarius. d. cons. num. 4.* [3] *Fachin. l. 8, c. 26. & c. 33. Covar. de præscrip. parte 2. §. 2, n. 8. & §. 8. n. 5. & 6.*

betua esse censetur, & ex duplici defectu præscriptio corruit [1]. Tertia vero, quia res hæc est meræ facultatis, quæ non præscribitur, ut infra demonstrabimus. Sed nullus est finis argutiarum. Inventi sunt qui in hoc argumento à præscriptione consuetudinem distinguerent, ut illa scilicet exclusi, ad hanc confugerent. Discrimen autem quod hic statuunt sane ridiculum est: ex præscriptione ajunt jus unius quod ab eo aufertur alteri applicari [2]: sed cum aliquod jus ita alicui applicatur ut alteri non auferatur, tum dici consuetudinem: quasi vero cum jus navigandi quod communiter ad omnes pertinet, exclusis aliis ab uno usurpatur, non necesse sit omnibus perire quantum uni accedit. Errori huic ansam dederunt Pauli verba non recte accepta, qui cum de jure proprio maris ad aliquem pertinente loqueretur [3], fieri hoc posse dixit Accursius per privilegium aut consuetudinem: quod additamentum ad Iurisconsulti textum nullo modo accedens mali potius conjectoris esse videtur quam boni interpretis. Mens Pauli supra explicata est. Cæterum illi

[1] *Fachi. l. 8, c. 28.* [2] *Aret. in rubr. ff. de rer. divis. alleg. Balbus. d. loco n. 2. Vide Vasq. contr. ill. cap. 29. num. 38.* [3] *Ad l. sane.*

illi si vel sola Vlpiani verba [1], quæ paulo ante præcedunt, satis considerassent, longe aliud dicturi erant. Fatetur enim ut quis ante ædes meas piscari prohibeatur, esse quidem usurpatum [2]: hoc est receptum consuetudine: sed nullo jure; ideoque injuriarum actionem prohibito non denegandam. Contemnit igitur hunc morem, & usurpationem vocat, ut & inter Christianos Doctores Ambrosius [3]. Et merito. Quid enim clarius quam non valere consuetudinem, quæ juri naturæ, aut gentium ex adverso opponitur [4]? Consuetudo enim species est juris positivi, quod legi perpetuæ obrogare non potest. Est autem lex illa perpetua ut Mare omnibus usu commune sit. Quod autem in præscriptione diximus, idem consuetudine verum est, si quis eorum qui diversum tradiderunt, sensus excutiat, non aliud reperturum, quam consuetudinem privilegio parari. Atqui adversus genus humanum concedendi privilegium nemo habet potestatem: quare inter diversas respublicas consuetudo ista vim non habet. Verum omnem hanc quæstionem diligentissime

---

[1] *In d. l. injuriarum. §. ult.* [2] *Vide Glos. eod. loco.* [3] *1. de offic. 28. Gentil. l. 1, c. 19. Sub finem.* [4] *Auth. ut nulli Indici. §. 1. c. cum tanto de consuet.*

ꝛissime tractavit Vasquius [1], decus illud Hispaniæ, cujus nec in explorando jure subtilitatem, nec in docendo libertatem unquam desideres. Is igitur posita Thesi Loca publica & jure gentium communia præscribi non posse, quam multis firmat auctoribus: exceptiones deinde subjungit ab Angelo & aliis confictas, quas supra retulimus. Hæc autem examinaturus recte judicat istarum rerum veritatem pendere à vera juris, tam naturæ quam gentium cognitione. Ius enim naturæ cum à divina veniat providentia, esse immutabile. Hujus autem naturalis partem esse jus gentium, primævum quod dicitur, diversum à jure gentium secundario sive positivo: quorum posterius mutari potest. Nam si qui mores cum jure gentium primævo repugnent, hi non humani sunt, ipso judice, sed FERINI, corruptelæ & abusus, non leges & usus. Itaque nullo tempore præscribi potuerunt, nulla lata lege justificari, nullo multarum etiam gentium consensu, hospitio, & exercitatione stabiliri, quod exemplis aliquot, & Alphonsi Castrensis Theologi Hispani testimonio confirmat [2].

 Ex

[1] *Controvers. ill. cap. 89. numer. 12. & seq.* [2] *De potestate legis pœnalis. l. 2. cap. 14. part. 572.*

Ex quibus apparet, inquit, *quam suspecta sit sententia eorum, quos supra retulimus, existimantium Genuenses, aut etiam Venetos posse non injuria prohibere alios navigare per Gulfum aut pelagus sui maris, quasi æquora ipsa præscripserint. id quod non solum est contra leges*[1]*: sed etiam est contra ipsum jus naturæ, aut gentium primævum, quod mutari non posse diximus. Quod sit contra illud jus constat, quia non solum maria aut æquora eo jure communia erant, sed etiam reliquæ omnes res immobiles. Et licet ab eo jure postea recessum fuerit ex parte, puta quoad dominium & proprietatem terrarum, quarum dominium jure Naturæ commune, distinctum & divisum, sicque ab illa communione segregatum fuit:*[2] *tamen diversum fuit & est in dominio maris, quod ab origine Mundi, ad hodiernum usque diem est, fuitque semper in communi, nulla ex parte immutatum, ut est notum. Et quamvis ex* LUSITANIS *magnam turbam sæpe audive-*

rim

---

[1] *All. L. quod in littore. ff. de acq. rer. dom. l. fin in prin. ff. de usucap. §. flumina, verbo omnibus. Inst. de rer. divis. l. si quisquam. ff. de diversis & temp. præscr. l. sane si maris. ff. de injuriis.* [2] *All. l. ex hoc jure. ff. de inst. & jure. §. jus gentium, & §. jus autem gent. Inst. de Iure natur.*

im in hac esse opinione ut eorum Rex ita præscripserit navigationem INDICI Occidentalis (forte Orientalis) ejusdemque VASTISSIMI MARIS, ita ut reliquis gentibus æquora illa transfretare non liceat, & ex nostrismet HISPANIS VULGVS in eadem opinione fere esse videtur, ut per VASTISSIMVM IMMENSVMQVE PONTVM ad Indorum regiones quas potentissimi Reges nostri subegerunt reliquis mortalium navigare, præterquam Hispanis jus minime sit, quasi ab eis id jus præscriptum fuerit, tamen istorum omnium non minus INSANÆ sunt opiniones, quam eorum qui quoad Genuenses & Venetos in eodem fere SOMNIO esse adsolent, quas sententias INEPTIRE vel ex eo dilucidius apparet, quod istarum nationum singulæ contra seipsas nequeunt præscribere: hoc est, non respublica Venetiarum contra semetipsam, non respublica Genuensium contra semetipsam, non Regnum Hispanicum contra semetipsum, non Regnum Lusitanicum contra semetipsum [1]. Esse enim debet differentia inter agentem & patientem. Contra reliquas vero nationes longe minus præscribere pos-

 sunt.

1 All. l. sequitur §. si viam ff. de usucap. §. si itaq; inst. de act. Vt dictis jurib. & l. cum filio ubi multa per Bartol. & Ias. ff. de legat. 1. Part. 1. in pr. qu. 3. & 4.

sunt, quia jus præscriptionum est mere civile, ut fuse ostendimus supra. Ergo tale jus cessat cum agitur inter Principes vel populos, superiorem non recognoscentes in temporalibus. Iura enim mere civilia cujuscunque regionis, quoad exteros populos, nationes, vel etiam homines singulos, non magis sunt in consideratione, quam si re vera esset tale jus, aut nunquam fuisset, & ad jus commune gentium primævum vel secundarium recurrendum est, eoque utendum, quo jure talem maris præscriptionem & usurpationem admissam non fuisse satis constat. Nam, & hodie usus aquarum communis est, non secus quam erat ab origine Mundi. Ergo & in æquoribus & aquis nullum jus est aut esse potest humano generi, præterquam quoad usum communem. Præterea de jure naturali & divino est illud præceptum, ut Quod tibi non vis fieri, alteri non facias. Unde cum navigatio nemini possit esse nociva nisi ipsi naviganti, par est ut nemini possit, aut debeat impediri, ne in re sua natura libera, sibique minime noxia navigantium libertatem impediat, & lædat contra dictum præceptum & contra regulam: præsertim cum omnia intelligantur esse permissa, quæ non reperiuntur expreßim prohibita[1].

1. *Quinimo non solum contra jus na-*
rale esset, velle impedire talem naviga-
onem, sed etiam tenemur contrarium fa-
re, hoc est, prodesse iis quibus possumus,
im id sine damno nostro fieri potest. Quod
um multis auctoritatibus tam divinis
uam humanis confirmasset, subjungit
ostea [2]. *Ex superioribus etiam apparet*
suspectam esse sententiam Ioannis Fabri,
Angeli, Baldi, & Francisci Balbi, quos
supra retulimus, existimantium loca ju-
ris gentium communia, etsi acquiri non
possint præscriptione, posse tamen acquiri
consuetudine, quod omnino FALSVM
est; eaque traditio COECA *&* NV-
BILA *est,* OMNIQVE RATIO-
NIS LVMINE CARENS, *legem-*
que verbis non rebus imponens [3]. *In exem-*
plis enim de Mari Hispanorum, LVSI-
TANORVM, *Venetorum, Genuensium,*
& reliquorum, constat consuetudine jus
tale

---

1 *l. libertas. ff. de statu hom. §. liber-tas. Inst. de Iure pers. l. 1. & 2. ff. de ho-mine lib. exh. lib. 1. §. quæ onerandæ. ff. Quar. rer. act. nid. l. si quando. §. illud. verb. astringendos. C. de inoffic. test. L. nec non. §. quod eis. ff. ex quib. caus. ma.* 2 *C. de religiosis. l. super statuas.*
3 *Contra lib. 2. cum vulgatis. C. comm. de leg.*

tale navigandi, & alios navigare prohi-bendi non magis acquiri quam praescri-ptione[1]*. Vtroque enim casu ut apparet, ea-dem est ratio. Et quia per jura & rationes supra relatas id esset contra naturalem aequitatem, nec ullam induceret utilita-tem, sed solam laesionem, sicque ut lege ex-pressa introduci non possent, ita etiam nec lege tacita, qualis est consuetudo*[2]*. Et tem-pore id non justificaretur, sed potius dete-rius & injurius indies fieret.* Ostendit de-inde ex prima terrarum occupatione pos-se populo ut venandi jus, ita piscandi in suo flumine competere, & postquam illa semel ab antiqua communione separata sunt, ita ut particularem applicationem admittant, praescriptione temporis ejus, cujus initii memoria non extet, quasi ta-cita populi concessione acquiri posse. Hoc autem per praescriptionem contingere, non per consuetudinem, quia solius ac-quirentis conditio melior fiat, reliquo-rum vero deterior. Et cum tria enume-rasset quae requiruntur, ut jus proprium in flumine piscandi praescribatur: *Quid autem*, subdit, *quoad mare? Et in eo magis est quod etiam concursus istorum trium* non

[1] *l. illud. ff. ad l. Aquil.* [2] *c. Erit autem lex 4. dist. l. 1. & 2. ff. de legib. L. de quib. cum seq ff. de legib. c. fin. de praescr.*

ſufficeret ad acquirendum jus. Ratio
ſerentiæ inter mare ex una parte, & ter-
n & flumina ex altera, quia illo caſu ut
n ita & hodie, & ſemper, tam quoad
candum quam quoad navigandũ man-
integrum jus gentium primævum, neq;
quam fuit à communione hominum ſe-
ratum, & alicui, vel aliquibus applica-
m. Poſteriore autem caſu, nempe in ter-
ı vel fluminibus aliud fuit, ut jam diſſe-
uimus. Sed quare jus gentium ſecunda-
ium, ut eam ſeparationem quoad terras
& flumina facit, quoad mare facere de-
ſiit? reſpondeo, quia illo caſu expediebat.
Conſtat enim quod ſi multi venentur, aut
piſcentur in terra vel flumine, facile ne-
mus feris, & flumen piſcibus evacuatum
redditur, id quod in mari non eſt. Item
fluminum navigatio facile deterior fit &
impeditur per ædificia, quod in mari non
eſt. Item per aquæductus facile evacuatur
flumen: non ita in mari.[1] ergo in utroque
non eſt par ratio. Nec ad rem pertinet,
quod ſupra diximus, communem eſſe uſum
aquarum, fontium etiam & fluminum.
Nam intelligitur quoad bibendum &
ſimilia, quæ fluminis dominium aut jus
habenti vel minime vel leviſſime no-
cent[1].

---

[1] Per tot. titul. ff. ne quid in flum. publ.

cent [1]. *Minima enim in consideratione n*[illegible] *sunt. Pro nostris sententiis facit, quia in*[illegible] *qua nullo tempore præscribuntur. & id*[illegible] *lex iniqua nullo tempore præscribitur, a*[illegible] *justificatur.* Mox: *Et quæ sunt impræ*[illegible] *scriptibilia ex legis dispositione, nec pe*[illegible] *mille annos præscriberentur*: quod innumeris doctorum testimoniis fulcit [2]. Nemo jam non videt, ad usum rei communis intercipiendũ nullam quantivis temporis usurpationem prodesse. Cui adjungendum est etiam, eorum qui dissentiunt auctoritatem huic quæstioni non posse accommodari. Illi enim de Mediterraneo loquuntur, nos de Oceano: illi de sinu, nos de immenso mari, quæ in ratione occupationis plurimum differunt. Et quibus illi indulgent præscriptionem, illi littora mari continua possident, ut Veneti & Ianuenses, quod de Lusitanis dici non posse modo patuit. Imo & si prodesse posset tempus, ut quidam posse putant in publicis quæ sunt populi, tamen non ea adsunt

quæ

---

1 *L. Scio. ff. de minor. Vasq. lib. 1. de suc. reso. cap. 7.* 2 *All. Balbum de præscr. 5. q. pr. in qu. 11. illius. 5. quæst. pr. Gl. in cap. inter cætera. 16. q. 3. Alph. de Castr. de potest. leg. pœn. lib. 2. cap. 14. Bal. in fine. & ibi Ang. in omnes, C de præscr. 30. ann. &c.*

e necessario requiruntur [1]. Primum
m docent omnes desiderari, ut is qui
scribit hujusmodi actum, eum exer-
rit non longo duntaxat tempore, sed
moriam excedente: deinde ut tanto
npore eundem actum nemo alius exer-
erit, nisi concessione illius, vel clan-
stine: præterea ut alios uti volentes
ohibuerit, scientibus quidem & pa-
entibus iis ad quos ea res pertinebat:
am etsi exercuisset semper, & quosdam
xercere volentes prohibuisset semper,
on tamen omnes; quia alii fuerunt pro-
ibiti, alii vero libere exercuerunt, id
uidem non sufficeret, ex Doctorum
ententia. Apparet autem debere hæc
omnia concurrere, tum quia præscriptio-
ni publicarum rerum lex inimica est,
tum ut videatur præscribens jure suo non
autem communi usus, idque non inter-
rupta possessione. Cum autem tempus
postulatur, cujus initii non exstet me-
moria, non semper sufficit, ut optimi
interpretes ostendunt, probare sæculi
lapsum; sed constare oportet famam rei
à majoribus ad nos transmissam, ita ut
nemo supersit qui contrarium viderit,
aut audierit. Occasione rerum Afri-
canarum in ulteriora primum Oceani
inqui-

1 *d. loc. n.* 38.

inquirere cœperunt regnante Ioanne L
ſitani [2], anno ſalutis milleſimo quadri
genteſimo ſeptuageſimo ſeptimo: vigi
poſt annis, ſub Rege Emanuele promo
torium Bonæ ſpei præternavigatum e
ſeriuſque multo ventum Malaccam,
inſulas remotiores, ad quas Batavi nav
gare cœperunt anno milleſimo quinge
teſimo nonageſimo quinto, non dub
intra annum centeſimum. Iam vero e
iam eo quod interceſſit tempore aliorur
uſurpatio adverſus alios etiam omnes im
pedivit præſcriptionem. Caſtellani ab an
no milleſimo quingenteſimo decimo no
no poſſeſſionem maris Luſitanis circa
Moluccas ambiguam fecere. Galli etiam
& Angli non clanculum, ſed via aperta eo
perruperunt. Præterea accolæ totius tra-
ctus Africani, aut Aſiatici partem maris
quiſque ſibi proximam piſcando & na-
vigando perpetuo uſurparunt, nunquam
à Luſitanis prohibiti. Concluſum igitur
ſit, jus nullum eſſe Luſitanis quo aliam
quamvis gentem à navigatione Oceani ad
Indos prohibeant.

CAP.

---

[2] *Oſorius lib. 1.*

CAP. VIII.

ure gentium inter quosvis liberam esse mercaturam.

QVod si dicant Lusitani cum Indis commercia exercendi jus quoddam oprium ad se pertinere, eisdem fere ombus argumentis refellentur. Repetemus reviter & aptabimus. Iure Gentium hoc ntroductum est, ut cunctis hominibus nter se libera esset negotiandi facultas, uæ à nemine posset adimi [1]. Et hoc, siui post dominiorum distinctionem coninuo necessarium fuit, ita originem videri potest antiquiorem habuisse. Subtiliter enim Aristoteles μεταβλητικὴν dixit [2]. ἀναπλήρωσιν τῆς κατὰ φύσιν αὐταρκείας: hoc est, negotiatione suppleri id quod naturæ deest, quo commode omnibus sufficiat. Oportet igitur communem esse jure gentium, non tantum privative, sed & positive, ut dicunt magistri, sive affirmative [2]. Quæ autem illo modo sunt juris gentium, mutari possunt: quæ hoc modo, non possunt. Id ita intelligi potest. Dederat natura omnia omnibus.

[1] Vide c. 1. L. ex hoc jure, ff. de just. & jure. & ibi Bart. [2] l. 1. de republ. c. 9. [2] Vide Covar. in c. peccatum. §. 8.

bus. Sed cum à rerum multarum usu
quas vita desiderat humana, locorum in
tervallo homines arcerentur, quia, ut su
pra diximus, non omnia ubique provi
niunt, opus fuit trajectione: nec adhu
tamen permutatio erat, sed aliis vicissim
rebus apud alios repertis suo arbitrio ute
bantur: quo fere modo apud Seres dici
tur rebus in solitudine relictis sola mutan
tium religione peragi commercium [1]. Sed
cum statim res mobiles monstrante ne
cessitate, quæ modo explicata est, in ju
proprium transiissent, inventa est permu
tatio, qua quod alteri deest ex eo quod al-
teri superest suppleretur. Ita commercia
victus gratia inventa ex Homero Plinius
probat [2]. Postquam vero res etiam im-
mobiles in dominos distingui cœperunt,
sublata undique communio non inter
homines locorum spatiis discretos tan-
tum, verum etiam inter vicinos necessa-
rium fecit commercium: quod ut faci-
lius procederet, nummus postea adinven-
tus est, dictus ἀπὸ τῦ νόμυ, quod institu-
tum sit civile [3]. Ipsa igitur ratio om-
nium contractuum universalis, ἡ μετα-
βλητικὴ,

---

[1] *Pompon. Mela lib. 3.* [2] *lib. 1. ff. de contrah. emt lib. 33. c. 1.* [3] *d. L. 1. Aristot. lib. 5. de Morib. c. 8. & lib. 1. de Rep. c. 9.*

λητικὴ, à natura est. modi autem ali-
uot singulares ipsumque pretium, ἡ ἀλλη-
ιαλιστικὴ, ab instituto [1]: quæ vetustiores
iris interpretes non satis distinxerunt.
atentur tamen omnes proprietatem re-
um, saltem mobilium à jure gentium
rimario prodire, itemque contractus
omnes quibus pretium non accedit [2].
Philosophi [3] τῆς μεταβλητικῆς, quam
translationem vertere licebit, genera sta-
tuunt duo: τὴν ἐμπορικὴν καὶ τὴν κα-
πηλικήν: quarũ ἐμπορικὴ, quæ ut vox
ipsa indicat inter gentes dissitas, ordine
naturæ prior est, & sic à Platone poni-
tur [4]. Καπηλικὴ eadem videtur esse quæ
παράστασις Aristoteli, tabernaria sive
stataria negotiatio inter cives. Idem Ari-
stoteles [5] τὴν ἐμπορικὴν dividit in
ναυκληρίαν & φορτηγίαν, quarum hæc
terrestri itinere, illa maritimo merces
devehit. Sordidior autem est καπη-
λικὴ, contra honestior ἐμπορικὴ, &
maritima maxime, quia multa multis
impertit [6]. Vnde navium exercitionem
E ad sum-

---

[1] *Ius naturale. dist. 1. Arist. d. c. 9.* [2] *Castr. ex Cyno & aliis in d. L. ex hoc iu-re. n. 20. & n. 28.* [3] *Plato Sophista.* [4] *Plato lib. de Rep. 2. qui locus citatur. in L. 2. ff. de nundinis.* [5] *Arist. l. 1. de repub. c. 11.* [6] *Cicero offic. 1. Arist. l. 1. de republ. c. 9.*

ad summam rempublicam pertinere dici
Vlpianus: institorum non eundem esse
usum: quia illa omnino secundum natu-
ram necessaria est. Aristoteles [1]: ἔστι γὰρ
ἡ μεταβλητικὴ πάντων ἀρξαμένη, τὸ
μὲν πρῶτον ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν, τῷ τὰ
μὲν πλείω, τὰ δὲ ἐλάττω τῶν ἱκανῶν ἔχειν
τοὺς ἀνθρώπους. *Est enim translatio re-
rum omnium cœpta ab initio, ab eo quod
est secundum naturam, cum homines par-
tim haberent plura, quam sufficerent, par-
tim etiam pauciora.* Seneca [2]: *quæ eme-
ris, vendere, gentium jus est.* Commer-
candi igitur libertas ex jure est primario
gentium, quod naturalem & perpetuam
causam habet, ideoq; tolli non potest, &
si posset non tamen posset nisi omnium
gentium consensu: tantum abest ut ullo
modo gens aliqua gentes duas inter se
contrahere volentes juste impediat.

CAP. IX.

Mercaturam cum Indis propriam non esse Lusitanorum titulo occupationis.

PRimum inventio aut occupatio hic locum non habet [3], quia jus mercandi non est aliquid corporale, quod possit appre-

[1] *d. loco* [2] *de benef. cap. 8.* [3] *Vide argumenta, cap. 2. & cap. 5.*

prehendi : neque prodesset Lusitanis iamsi primi hominum cum Indis habuissent commercia, quod tamen non potest non esse falsissimum. Nam & cum initio populi in diversa iére, aliquos necesse est primos fuisse mercatores, quos tamen jus nullũ acquisivisse certo est certiꝰ. Quare si Lusitanis jus aliquod competit, ut soli cum Indis negotientur, id exemplo cæterarum servitutum, ex concessione oriri debuit aut expressa aut tacita, hoc est præscriptione: neque aliter potest.

CAP. X.

Mercaturam cum Indis propriam non esse Lusitanorum titulo donationis Pontificiæ.

Concessit nemo: nisi forte Pontifex, qui non potuit [1]. Nemo enim quod suum non est concedere potest. At Pontifex, nisi totius Mundi temporalis sit Dominus, quod negant sapientes, jus etiam commerciorum universale sui juris dicere non potest. Maxime vero cum res sit ad solum quæstum accommodata, nihilque ad spiritualem procurationem pertinens, extra quam cessat, ut fatentur omnes, Pontificia potestas. Præterea si Pontifex

[1] *Vide arg. cap. 3. & c. 6.*

tifex solis illud Lusitanis jus tribuere vellet idemque adimere hominibus cæteris duplicem faceret injuriam: Primum Indis quos ut extra Ecclesiam positos Pontifici nulla ex parte subditos esse diximus. His igitur cum nihil quod ipsorum est adimere possit Pontifex, etiam jus illud quod habent cum quibuslibet negotiandi adimere non potuit. Deinde aliis hominibus omnibus Christianis & non Christianis, quibus idem illud jus adimere non potuit sine causa indicta. Quid quod ne temporales quidem Domini in suis imperiis prohibere possunt commerciorum libertatem, uti rationibus & auctoritatibus ante demonstratum est? Sicut & illud confitendum est, contra jus perpetuum naturæ gentiumque, unde ista libertas originem sumsit in omne tempus duratura, nullam valere Pontificis auctoritatem.

Cap. XI.

Mercaturam cum Indis non esse Lusitanorum propriam jure præscriptionis aut consuetudinis.

RESTAT præscriptio, seu consuetudinem mavis dicere [1]. Sed nec hujus nec

[1] *Vide argumenta c. 7.*

:c illius vim esse aliquam inter liberas
ationes, aut diversarum gentium Prin-
pes, nec adversus ea quæ primigenio
ire introducta sunt, cum Vasquio osten-
imus. Quare & hic ut jus mercandi pro-
rium fiat, quod proprietatis naturam
on recipit, nullo tempore efficitur. Ita-
que nec titulus hic adfuisse potest, nec bo-
na fides, quæ cum manifesto desinit, præ-
scriptio secundum Canones non jus di-
cetur, sed injuria. Quin & ipsa mercandi
quasi possessio non ex jure proprio conti-
gisse videtur, sed ex jure communi quod
ad omnes æqualiter pertinet: sicut con-
tra, quod aliæ nationes cum Indis con-
trahere forte neglexerunt, id non Lusita-
norum gratia fecisse existimandi sunt, sed
quia sibi expedire crediderunt: quod ni-
hil obstat quo minus ubi suaserit utilitas,
id facere possint, quod antea non fece-
rint. Certissima enim illa regula à docto-
ribus traditur [1], in his quæ sunt arbitrii
seu meræ facultatis, ita ut per se actum
tantum

[1] *Gloss & Bart. in l. viam publ. ff. de via publ. Balb. in 4. par. 5. par. princ qu. 1. Panorm. in c. ex parte Astens. de concess. præben. Doct. in l. qui jure familiaritatis. ff. de acq. poss. & alleg. per Covar. in c. possessor. parte. 2. §. 4. in 6. contr. usu freq. c. 4. n. 10. & 12. d. n. 12.*

tantum facultatis ejus, non autem jus novum operentur, nec præscriptionis nec consuetudinis titulo annos etiam mille valituros: quod & affirmative & negative procedit, ut docet Vasquius. Nec enim quod libere feci facere cogor, nec quod non feci omittere. Alioquin quid esset absurdius quam ex eo quod singuli non possumus cum singulis semper contrahere, salvum nobis in posterum non esse jus cum illis, si usus tulerit, contrahendi? Idem Vasquius & illud rectissime, ne infinito quidem tempore effici, ut quid necessitate potius, quam sponte factum videatur. Probanda itaque Lusitanis foret coactio, quæ tamen ipsa cum hac in re juri naturæ sit contraria, & omni hominum generi noxia, jus facere non potest [1]. Deinde illa coactio durasse debuit per tempus, cujus initii non extet memoria: id vero tantum hinc abest, ut ne centum quidem anni exierint, ex quo tota fere negotiatio Indica penes Venetos fuit, per Alexandrinas trajectiones [2]. Debuit etiam talis esse coactio, cui restitum non sit [3]. At restiterunt Galli & Angli, aliique. Neque sufficit aliquos esse coactos, sed ut omnes coacti sint requiritur, cum per unum

[1] *Vasq. de loco. n. 11.* [2] *Guicc. l. 19. histor.* [3] *Vide 5. c. 7. sub finem.*

ium non coactum servetur in causa ommuni libertatis possessio. Arabes aum & Sinenses à sæculis aliquot ad hunc sque diem perpetuo cum Indis negotianur. Nihil prodest ista usurpatio.

CAP. XII.

Nulla æquitate niti Lusitanos in prohibendo commercio.

Ex his quæ dicta sunt satis perspicitur eorum cæca aviditas, qui, ne quenquam in partem lucri admittant, illis rationibus conscientiam suam placare student, quas ipsi magistri Hispanorum qui in eadem sunt causa manifestæ vanitatis convincunt [1]. Omnes enim qui in rebus Indicis usurpantur colores injuste captari quantum ipsis licet, satis innuunt, adduntque nunquam eam rem serio Theologorum examine probatam. Illa vero querela quid est iniquius, quod dicunt Lusitani quæ-

[1] *Vasq. contr. illust. c. 10. n. 10. Vict. p. 1. de Indis rel. 1. n. 3. l. sin autem. §. pen. de rei vind. l. nullus videtur. de Reg. Iuris. l. illud constat. Quæ in fr. credit. l. fluminum. §. ult. de damno infecto. l. nemo damnum. de Reg. Iur. Bart. in. l. 1. n. 5. ff. de flum. Castr. in l. si tibi. C. de servit. l. 1. §. denique de aq. & aq. plu.*

quæstus suos exhauriri copia contra licentiam? Inter certissima enim Iuris enuntiata est, nec in dolo eum versari, nec fraudem facere, ne damnum quidem alteri dare videri, qui jure suo utitur: quod maxime verum est, si non ut alteri noceatur, sed rem suam augendi animo quippiam fiat. Inspici enim debet id quod principaliter agitur, non quod extrinsecus in consequentiam venit. Imo si proprie loquimur cum Vlpiano, cum ille damnum dat, sed lucro quo adhuc alter utebatur eum prohibet. Naturale autem est & summo juri atque etiam æquitati conveniens, ut lucrum in medio positum suum quisque malit quam alterius, etiam qui ante perceperat [2]. Quis ferat querentem opificem quod alter ejusdem artis exercitio ipsius commoda evertat? Batavorum autem causa eo est justior, quia ipsorum hac in parte utilitas cum totius humani generis utilitate conjuncta est, quam Lusitani eversum eunt [3]. Neque hoc recte dicetur ad æmulationem fieri, ut in re simili ostendit Vasquius: aut enim plane hoc negandum est,

[1] *Vide Vasq. contr. usufr. cap. 4. num. 3. & seqq. l. Proculus de damno infecto.* [2] *Vasq. d. loco.* [3] *ibid. numer. 5.*

ſt, aut aſſeverandum non ad bonam
modo, verum etiam ad optimam æmu-
tionem fieri, juxta Heſiodum; *ἀγαθὴ*
δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι, *Bona lis morta-*
ibus hæc eſt. Nam etiam ſi quis pietate
motus, inquit ille, frumentum in ſumma
penuria vilius venderet, impediretur im-
proba duritie eorum hominum, qui ſæ-
viente penuria ſuum carius fuerant ven-
dituri. Verum eſt talibus modis minui
aliorum reditus: nec id negamus, ait, *ſed*
minuuntur cum univerſorum hominum
commodo: Et VTINAM *omnium* PRIN-
CIPVM *&* TYRANNORVM ORBIS *reditus*
ita minuerentur. Quid ergo tam iniquum
videri poteſt, quam Hiſpanos vectigalem
habere Terrarum Orbem, ut niſi ad illo-
rum nutum nec emere liceat nec vende-
re [1]? In cunctis civitatibus dardanarios
odio atque etiam pœnis proſequimur:
nec ullum tam nefarium vitæ genus vi-
detur, quam iſta annonæ flagellatio [2].
Merito quidem. Naturæ enim faciunt
injuriam, quæ in commune fœcunda
eſt [3]: neque vero cenſeri debet in uſus
paucorum reperta negotiatio, ſed ut quod
alteri deeſt alterius copia penſaretur,
juſto

[1] *l. 1. c. de monop.* [2] *Cajet. ad ſum. Thom. 2. 2. q. 77. ar. 1. quod ad tertium.*
[3] *Ariſt. 1. de rep. c. 9.*

justo tamen compendio omnibus propo sito, qui laborem ac periculum transferendi in se suscipiunt. Hoc ipsum igitur quod in republica, id est, minore hominum conventu, grave & pernicosum judicatur, in magna illa humani generis societate ferendumne est? ut scilicet totius Mundi Monopolium faciant populi Hispani? Invehitur Ambrosius in eos qui maria claudunt [1]: Augustinus in eos qui itinera obstruunt: Nazianzenus [2] in coëmtores suppressoresque mercium, qui ex inopia aliorum soli quæstum faciunt, & ut ipse facundissime loquitur καπηλεύοντες τῆς ἐνδείας. Quin & divini sapientis sententia publicis diris devovetur sacerque habetur, qui alimenta supprimendo vexat annonam: ὁ συνέχων σῖτον δημοκατάρατος. Clament igitur Lusitani quantum, & quam diu libebit: lucra nostra deciditis. Respondebunt Batavi: Imo nostris invigilamus. Hocne indignamini in partem nos venire ventorum & maris? Et quis illa vobis lucra mansura promiserat? Salvum est vobis, quo nos contenti sumus.

CAP.

[1] 5. Hex. c. 10. l. 4. q. 44. sup. Nu.
[2] In fun. Basilii.

CAP. XIII.

atavis jus commercii Indicani qua pace, qua induciis, qua bello retinendum.

QVare cum & jus & æquum postulet, libera nobis ita ut cuiquam esse Indiæ commercia, superest, ut sive cum Hispanis pax, sive induciæ fiunt, sive bellum manet, omnino eam, quam à natura habemus libertatem tueamur. Nam ad pacem quod attinet, notum est eam esse duûm generum : aut enim pari fœdere, aut impari coïtur. Græci [1] istam vocant συνθήκην ἐξ ἴσου : hanc σπονδὰς ἐξ ἐπιταγμάτων. illa virorum est, hæc ingeniorum servilium. Demosthenes in oratione de libertate Rhodiorum : καί τοι χρὴ τοὺς βουλομένους ἐλευθέρους εἶναι τὰς ἐκ τῶν ἐπιταγμάτων συνθήκας φεύγειν, ὡς ἐγγὺς δουλείας οὔσας : *eos qui volunt esse liberi oportet omnes conditiones quibus leges imponuntur ita fugere tanquam quæ proxima sunt servituti.* Tales autem sunt omnes quibus pars altera in jure suo imminuitur, juxta Isocratis definitionem προστάγματα vocantis τὰ τοὺς ἑτέρους ἐλαττοῦντα παρὰ τὸ δίκαιον. Si enim, ut inquit Cicero [2], suscipienda

1 *Thucydides. Isocrat. Andocides.*
2 *Off. 1.*

pienda bella ſunt ob eam cauſam, ut ſine injuria in pace vivatur, ſequitur eodem auctore, pacem eſſe vocandam, non pactionem ſervitutis, ſed tranquillam libertatem: quippe cum & Philoſophorum & Theologorum complurium [1] judicio pax & juſtitia nominibus magis quam re differant, ſitque pax non qualiſcunque, ſed ordinata concordia. Induciæ autem ſi fiunt ſatis apparet ex ipſa induciarum natura non debere medio earum tempore conditionem cujuſquam deteriorem fieri, cum ferme interdicti uti poſſidetis inſtar obtineant. Quod ſi in bellum trudimur hoſtium iniquitate, debet nobis cauſæ æquitas ſpem ac fiduciam boni eventus addere. Nam ὑπὲρ ὧν ἂν ἐλαττῶνται μέχρι δυνατοῦ πάντες πολεμοῦσι, περὶ δὲ τοῦ πλεονεκτεῖν οὐχ οὕτως: *pro his in quibus injuria afficiuntur omnes, quantum omnino poſſunt depugnant: at propter alieni cupiditatem non item* [2]; quod & Alexander Imperator ita expreſſit: τὸ μὲν ἀρχὴν ἀδίκων σὺν ἀγνώμονα ἔχει τὴν πρόκλησιν, τὸ δὲ τοὺς ὀχλοῦντας ἀποτείσασθαι, ἔκ τε τῆς ἀγαθῆς συνειδήσεως ἔχει τὸ θαρραλέον,

καὶ

---

[1] *Polus Lucanus apud Stob. de juſt. Clem. Alex. Strom. 4. Auguſt. 15. de civit.* [2] *Demoſthenes.*

ἐκ τοῦ μὴ ἀδικεῖν ἀλλ' ἀμύνασθαι,
ἀπάρχει τὸ εὔελπι. Ejus à quo cœpit
injuria, provocatio maxime invidiosa est:
at cum depelluntur aggressores, sicut bona
conscientia fiduciam secum fert, ita quia
de vindicanda, non de inferenda injuria laboratur, spes etiam adsunt optimæ. Si ita
necesse est, perge gens mari invictissima,
nec tuam tantum, sed humani generis libertatem audacter propugna.

Nec te quod classis centenis remigat alis
Terreat (INVITO labitur illa MARI.)
Quodve vehunt proræ Centaurica saxa minantes,
Tigna cava & pictos experiare metus.
Frangit & attollit vires in milite causa,
Quæ nisi justa subest, excutit arma pudor [1].

Si justa multi, & ipse Augustinus [2], arma crediderunt eo nomine suscipi, quod per terras alienas iter innoxium negaretur, quanto illa erunt justiora, quibus maris, quod naturæ lege commune est, usus communis & innoxius postulatur? Si juste oppugnatæ sunt gentes quæ in suo solo commercia aliis interdicebant, quid illæ quæ populos ad se nihil pertinentes per vim distinent, ac mutuos earum com-

1 *Propertius lib. 4. eleg. 6.* 2 *Vide* ... *5. cap. 1.*

commeatus intercludunt? Si res ista in judicio agitaretur, dubitari non potest quæ à viro bono expectari deberet sententia. ait Prætor [1]: *Quo minus illi in flumine publico navem agere, ratem agere, quove minus per ripam exonerare liceat, vim fieri veto.* De mari & littore in eandem formam dandum interdictum docent interpretes [2], exemplo Labeonis, qui cum interdiceret Prætor [3]: *Ne quid in flumine publico ripave ejus facias, quo statio iterve navigio deterius sit, fiat:* simile dixit interdictum competere in mari: *Ne quid in mari inve littore facias, quo portus, statio, iterve navigio deterius sit, fiat* [4]. Imo & post prohibitionem, si quis scilicet in mari navigare prohibitus sit, aut non permissus rem suam vendere, aut re sua uti, injuriarum eo nomine competere actionem Vlpianus respondit [5]. Theologi insuper & qui tractant casus, quos vocant,

[1] *l. 1. ff. ut in flum. publ. nav. liceat.*
[2] *Glos. ibidem.* [3] *l. 1. in pr. ff. de flum.*
[4] *l. eadem. §. si quid in mare.* [5] *l. 2. ff. Ne quid. in loco pub. §. si quis. L. in injuriarum. actio. & l. si quis propr. ff. de injur. Silv. in verbo restitutio. parte 3. sub finem. alleg. Gerar. Oldradum. & Archid. argum. l. 2. ff. ad leg. Iuliam de annona & l. annonam. de extraord. crimin. & ibi glos.*

ant, conſcientiarum, concordes tradunt, um qui alterum vendere aut emere impediat, utilitatemve propriam publicæ c communi præponat, aut ullo modo lterum in eo quod eſt juris communis mpediat, ad reſtitutionem teneri omnis damni viri boni arbitrio. Secundum hæc igitur vir bonus judicans, Batavis libertatem commerciorum adjudicaret, Luſitanos & cæteros, qui eam libertatem impediunt, vetaret vim facere, & damna reſtituere juberet. Quod autem in judicio obtineretur, id ubi judicium haberi non poteſt, juſto bello vindicatur. Auguſtinus [1]. *Iniquitas partis adverſæ juſta ingerit bella.* Et Cicero [2]: *cum ſint duo genera decertandi, unum per diſceptationem, alterum per vim, confugiendum ad poſterius, ſi uti non licet priore.* Et Rex Theodoricus: *veniendum tunc ad arma, cum locum apud adverſarium juſtitia non poteſt reperire* [3]. Et quod propius eſt noſtro argumento, Pomponius eum qui rem omnibus communem cum incommodo cæterorum uſurpet, MANV PROHIBENDVM reſpondit. Theologi quoque tradunt, ſicuti pro rerum cujuſque defenſione bellum

[1] *De civ. lib. 4. Off. 1.* [2] *Var. 1. 17.* [3] *l. quamvis quod in littore. ff. de acq. rer. dom. Henrich. Gorich. de bello juſto. prop. 9.*

lum recte suscipitur, ita non minus rect
suscipi, pro usu earum rerum quę natura
jure debent esse communes. Quare ei qu
itinera præcludat, evectionemq; merciun
impediat, etiam non expectata ulla publi
ca auctoritate, via facti, ut loquuntur, pos
se occurri. Quæ cum ita sint, minime ve-
rendum est, ne aut Deus eorum conatus
secundet, qui ab ipso institutum jus natu-
ræ certissimum violant, aut homines ipsi
eos inultos patiantur, qui solo quæstus
sui respectu communem humani generis
utilitatem oppugnant.

Cum sub hoc tempus plurimæ Regis Hispaniarum literæ in manus nostras venissent, quibus ipsius & Lusitanorum institutum manifeste detegitur, operæpretium visum est ex iis, quæ pleraque eodem erant argumento, binas in Latinum sermonem translatas exhibere.

DOMINE Martine Alphonse de Castro, Prorex amice, ego Rex multam tibi salutem mitto. Cum hisce literis perveniet ad te exemplum typis impressum Edicti quod faciendum curavi, quo, ob rationes quas expressas videbis, aliasque meis rebus conducentes prohibeo commercium omne externorum in ipsis parti-

rtibus Indiæ aliiſque regionibus tranſ-
arinis. Quandoquidem res hæc eſt mo-
enti atque uſus maximi, & quæ effici
nima cum induſtria debeat, impero ti-
, ut ſimulatq; literas has & edictum ac-
peris, publicationem ejus omni diligen-
a procures in omnibus locis ac partibus
tius imperii, idque ipſum quod edicto
ontinetur exequaris ſine ullius perſonæ
xceptione, cujuſcunq; qualitatis, ætatis,
onditioniſve ſit, citra omnem moram
tq; excuſationem, procedaſq; ad imple-
ionem mandati via meræ executionis,
nullo admiſſo impedimento, appellatio-
ne, aut gravamine in contrarium: cujuſ-
cunque materiæ generis aut qualitatis.
Iubeo itaque hoc ipſum impleri per eos
miniſtros ad quos executio pertinet, iiſq;
ſignificari, non modo eos qui contra fe-
cerint malam operam mihi nauaturos,
ſed eoſdem me puniturum privatione
officiorum in quibus mihi ſerviunt. Quia
autem relatum eſt mihi commorari in
iſtis partibus externos multos variarum
nationum, Italos, Gallos, Germanos,
Belgas, quorum pars major, quantum in-
telligimus, eo venit per Perſida & Turca-
rum imperium, non per hoc regnum, ad-
verſus quos ſi ex hujus Edicti præſcripto
ac rigore procedatur, poſſe inde nonnul-
las difficultates ſequi, ſi illi ad Mauros
 ini.ni-

inimicos perfugiant, vicinisque muniti, num mearum dispositionem indicent, r tionesque monstrent quæ rebus meis n cere possent, exsequi te hoc edictum vo prout res & tempus ferent, atque ea u prudentia, qua illæ difficultates evitentu, curando ut omnes externos in potesta tua habeas eosque custodias pro cujusqu qualitate, ita ut adversus imperium nc strum nihil valeant attentare, utque eg omnino eum finem consequar quem ho Edicto mihi proposui. Scriptæ Vlyssipc ne XXVIII Novembris, Anno cIↄ Iↄcvi subsignatum erat, Rex. Inscriptio. Pr Rege. Ad Dominum Martinum Alfon sum de Castro Consiliarium suum, & suum Proregem Indiæ.

Prorex amice Rex multam salutem tibi mitto. Etsi pro certo habeo tua præsentia, iisque viribus cum quibus in partes austrinas concessisti, perduelles Hollandos, qui illic hærent, nec minus indigenas qui eis receptum præbent, ita castigatos fore, ut nec hi, nec illi tale quicquam in posterum audeant: expediet tamen, ad res tuendas, ut justam classem, eique operi idoneam, cum tu Goam redibis, in istis Maris partibus relinquas, ejusque imperium & summam præfecturam mandes Andreæ Furtado Mendosæ, aut si quem ei muneri aptiorem judicabis,

, quemadmodum pro tuo in me affe-
confido, ea in re non aliud te respe-
rum quam quod rebus meis erit uti-
simum. Scriptæ Madriti XXVII Ian.
ɔ Iɔ CVII. Signatum, Rex. Inscriptio.
ro Rege. Ad Dominum Martinum Al-
nsum de Castro suum Consiliarium, &
um Proregem Indiæ.

FINIS.



PAVLI MERVLÆ
DISSERTATIO
DE
MARIBUS.

PAVLI MERVLÆ

DISSERTATIO
DE
MARIBVS.

CAP. I.

De Mari universim.

MARE nihil aliud, quam colle-
lectio reciprocantium Aqua-
rum generalis, Isidoro scriben-
te lib. XIII. Originum, cap. XIV.
dicta eidem ab Amaritudine. Collectio-
nem diffiniens voco generalem: Nam
Aqua, quæ dum spacio sex dierum emo-
liebatur omnia potenter ex nihilo Deus,
ante diem tertium universam undique
terram operiebat, tertia die unum in lo-
cum est congregata; sic ut Terra appa-
ruerit. Ita enim apud Moschen in descri-
ptione operis tertii diei Deus noster infi-
nitæ potentiæ: *Congregentur* (יקוו) *A-
quæ, quæ sub Cœlo sunt ad locum unum*
(אל־מקום אחד) *& appareat Arida*
(היבשה) Addit deinde divinus Scriba:
*Et factum est ita. Et vocavit Deus Ar-
dam, Terram; & Congregationem Aqua-
rum* (ולמקוה המים) *appellavit Ma-*

ria (ימים) Quis quæso non legat hæc alia ibi cum stupore? Sit oscitans hic, cui sensus omnis obstructus. Nam quis hic locus, qui Aquis, totam Terram paullo ante obnubentibus, in ipsa Terra factum receptaculum? Quamvis superari suos hic captus & ingenia libere fateantur viri magni, dixerunt tamen aliquid. Augustinus lib. 1. de Genesi ad litteram, cap XII. & sequuti illum alii scribunt, Aquam prius fuisse rariorem tenuioremque, & instar materiæ nebulosæ terram operuisse, postea vero coactam valde densatamque minore eguisse loco. Quidam volunt Terram multis tunc partibus profunde subsedisse, aliis contra plurimis in sublime sublatis extumuisse; factasque esse magnas concavitates & valles profundas, quæ tantę Aquarum moli constituta quasi vasa; luculenter hæc, ut nonnullorum est interpretatio, prosequente Davide, Psalmo CIV, versu 6. usque ad 9. Aristoteles etiam lib. 1. Meteor. quum unum corpus globosum scripsisset ex Aqua Terraque conflari; magnas simul Terræ concavitates fabricat, inque eas universum Aquæ Elementum derivat. Basilius, Ambrosius, aliique ad cap. 1. Genes. & Thomas parte 1, quæst. LXIX. censent, Aquam ante circumfusam toti Terræ, ita fuisse tertio die unum in locum coactam, ut in maxi-

aximam elata sublimitatem altissime
tumuerit. Quidquid sit; non absur-
im, si dicamus peculiarem Aquis om-
bus locum tertio die factum esse Ocea-
um, cum quo omnia Maria (uno Caspio
opulam habente secretiorem) continuan-
ır: consulendus Albertus Magnus II.
Meteor. tract. III. cap. x. Quamvis enim
videamus, tam diversa & tam longe dissi-
ta Aquarum loca in tot maribus, flumi-
nibus, lacubus, & paludibus, ut etiam
nonnulla nulla inter se communione jun-
gi videantur; tamen locus ille, quem
Aquis designat apud Moschen Deus, ni-
hil aliud quam Stationes hic ibi, ab habi-
tabili terra separatæ; præcipue vero im-
mensum illud spacium, quo reciprocat
Oceanus, fluviorum omnium fontium-
que pater & princeps; Terram vel circum-
eundo, vel viscera ejus per venas, ceu tu-
bulos quosdam, canales & siphunculos,
ingrediundo. De qua re plura suo loco.
Mare igitur generalis collectio Aquarum,
quæ tertio die in unum congregata lo-
cum: neque interim Mare altius Terrâ;
quod tamen voluerunt, perpensis Sacræ
Scripturæ verbis, quæ modo laudavi,
Theologorum non pauci; addentes Aquas
ita unum in locum collectas solo Dei præ-
cepto mirandum in modum teneri; ne ad
humiliora loca, quo naturaliter propen-
dent.

dent defluentes, Terram universam operiant & obruant. Basilius ~~Homilia~~ iv. in ἑξαήμερ. cui adsentiunt Thomas part. 1. quæst. lxix. art. 1. & Catharinus Commentar. ad cap. 1. Genes. quod dixi, confirmare nititur adducto argumento maris Rubri, cum quo Sesostres Ægypti & Darius Persarum reges conjungere mare Ægyptiacum sunt conati: *quod sane*, inquit, *non tentassent, nisi mare Rubrum altius esse terrâ Ægypti compertum habuissent.* Memoria lapsus videtur, quod obiter monendum, in historiæ hujus commemoratione Basilius. Scribit enim Plinius lib. vi. nat. histor. cap. xxix, Reges, quorum memini, non mare Ægyptiacum, sed Nilum fluvium cum mari Rubro committere voluisse, incœpto autem destitisse, metu exundationis, quum excelsius tribus cubitis Rubrum mare deprehendissent, quam Terram Ægypti; qua de re legendus & Strabo lib. xvii, qui eandem narrans historiam, notat opus illud fere fuisse absolutum, derelictum tamen ab Dario 1. cui Libratores falso persuaserant, Rubrum mare Ægypto sublimius: Inde, si intermedius Isthmus interscideretur, periculum fore, ne tota Ægyptus ab mari obrueretur. Sunt etiam qui prolatis in medium aliquot Sacræ Scripturæ locis, eamdem opinionem tueri volunt,

olunt, Psalm. xxxiii, 7, lxix,
. civ, 6. Ecclesiastici cap. xxxix,
.2. Sed refelluntur sic sentientes docte
iervoseque ab Philosophis & Mathe-
maticis, quibus certa hic & indubia do-
centibus plane consentiendum. Non
possum non suffragari hic viris magnis.
Si quis dubitat terram, quæ apparet ex-
tra aquas, esse superiorem aquis, non
tam eget ratione, quam adplicatione ad
sensum. Cernimus enim motum Aquæ
fieri semper locum versus decliviorem:
quæ si altior esset Terra, profecto in
eam, ut in locum humiliorem, necessa-
rio defflueret. Nam dicere Dei omni-
potentia teneri Mare, ne defluat in Ter-
ram; ineptum est & puerilis inscitiæ, po-
nere sine caussa tantum & tam perpe-
tuum miraculum. Quin & Sacra Scri-
ptura videtur eam opinionem evertere;
quum petentes ex Terra Mare dicat *De-*
scendere Psal. cvii, 33. Certe sine
magno miraculo non potest Aqua, quæ
natura sua gravior est Aëre, quæ fluxa,
quæ labilis, ita consistere, ut partes ejus,
quæ Terræ sublimiores, ad eam non de-
labantur. Accedunt huc Mathematica
argumenta, quibus paullo ante proba-
vi Aquam esse rotundam, quibusque
in sequentibus sum probaturus, ex A-
qua & Terra unum conflari globum.
F 5 Demon-

Demonſtrat & quotidiana, quod dixi, experientia. Si enim Mare altius eſſet Terra, pari ventorum aut remigum vi & impulſu eadem navis multo velocius ferretur, ad portum ſeu littus tendens; quam ex portu aut littore diſcedens: diſcedens enim ex littore adſcenderet, & in arduum obnitens difficiliorem haberet progreſſum: contra ad littus accedens, tanquam per lubrica & declivia deſcendens magno impetu deferretur. Facit huc & illud, quod quo magis navis ex portu diſcederet, eo melius commodiuſque ab iis, qui ſunt in portu vel littore, cerneretur, utpote quæ magis ac magis ſemper in locum altiorem aſcenderet; quod tamen contra evenit. Benedictus porro Pererius lib. 1. in Geneſin docet, quo pacto teſtimonia Sacræ Scripturæ, quæ pro confirmatione ſententiæ prædictæ ſolent adferri, ſint accipienda. Pergo.

Facta in Definitione Reciprocantium Aquarum mentione, moneor, ut de *Aeſtu* nonnihil dicam. *Aeſtus* dicitur Motus Maris, quo exundans fluit; &, exacta periodo, refluit. Species ejus: hinc *Aeſtus* ſpecialiore notione, qui *Maris Acceſſus* aliis; Græcis πλήμη, πλημμύρα, πλημμυρίς; ἐπίβασις Straboni: inde *Receſſus* vel *Reciprocatio*; Græcis παλίρροια, Homero κῦμα παλιρρόθιον,

Apollonio πλημμυρὶς παλίνροος, Theophrasto ἄμπωτις, Straboni denique ἄνεσις, Caussis ejus inquirendis operam maximam impenderunt maxima quondam ævoque nostro ingenia; Heroibus etiam hanc curam suscipientibus. Est enim illa maris Reciprocatio admiratione dignissima, & res plane divina. Bene M. Tullius lib. III. de Natura Deorum: *Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius? quid freto Siciliensi, quid Oceani fervore illis in locis,*

— Europam Libyamque rapax ubi dividit unda?

Quid Aestus maritimi vel Hispanienses, vel Britannici, eorumque certis temporibus vel Accessus vel Recessus sine Deo fieri num possunt? Caussæ vero variis variæ, quemadmodum videre est apud Plutarchum de Placitis Philosoph. Plato, notante Stobæo ἐκλογ. φυσικ. lib. I. (videndus & ipse in Phædone) αἰώραν τῶν ὑδάτων, suspendium adfert Aquarum; esse enim illud per quoddam Terræ foramem, Æstum circumferens, ac Mari tumorem concilians. Aristoteles & Heraclides apud eundem Soli caussam tribuunt; plerosque Spiritus moventi ac circumferenti: quibus ingruentibus quidem, propulsum Atlanticum mare intumescat, Æstumque

efficiat;

efficiat; cessantibus autem, retractum subsidat, Æstumque revocet. Platonici (quorum sententiam sequitur etiam Strabo lib. I.) dixerunt Mare Animanti simile: Vt enim hoc spiritum emittit & retrahit; ita illud in se & ex se recurrenti quadam agitatione moveri. Videtur & hoc velle Vegetius lib. IV. de re militari, cap. XLII: *Elementum Pelagi tertia pars Mundi est, quod præter ventorum flatum suo quoque spiramine motuque vegetatur.* Non procul hinc abeunt Physicorum nonnulli apud Solinum, qui totum Mundum Animal esse somniant, nares illi constituentes in penitissimis Oceani, quibus spiritum attrahat, attractumque emittat. *Physici,* inquit, *autumant animal esse Mundum, eumque ex variis Elementorum corporibus conglobatum, moveri spiritu, regi mente: quæ utraque diffusa per membra omnia æternæ molis vigorem exerceant. Sicut ergo in Corporibus commercia sunt spiritualia; ita in profundis Oceani nares quasdam Mundi constitutas, per quas emissi anhelitus vel reducti modo inflent maria, modo revocent.* Alii apud Pomponium lib. III. depressos imaginati sunt Specus, in quos ingenti se mole vibrans Aquarum moles mergatur, & rursum meatum repagulis pulsa exundet; quod agere spiritus sub Aqua conclusos Apollonius Tyaneus existi-

existimabat, ut lib. v. scribit Philostratus. Macrobius lib. II. in Somnium Scipionis; illum Maris motum ex eo esse putavit, quod Sinus Oceani Orientalis & Occidentalis mutuo concursu sese feriant, impetuque immaniore misceantur, *ex quarum collisione nascitur*, inquit, *famosa illa Oceani Accessio & Recessio.* Lucanus animum hic despondens ignorantiam suam fatetur, veram caussam nescire se non invitus canens:

——— qua littus dubium, quod Terra Fretumque
Vindicat alternis vicibus; quum funditur ingens
Oceanus; vel quum refugis de fluctibus aufert
Ventus ab extremo pelagus sic axe volutet,
Destituatq; ferens; an sidere mota secundo
Tethyos unda vagæ Lunaribus æstuat horis;
Flammiger an Titan, ut alentes hauriat undas.
Eligat Oceanum, fluctusque ad sidera tollat:
Quærite quos agitat Mundi labor; at mihi semper
Tu quæcunq; moves tam crebros caussa meatus,
Ut superi voluere, lates.

Vbi non oſcitanter legenda, quæ de *Lunaribus horis*. Nam que tam ſtupendo miraculo cauſſa princeps, Efficacia Motuſq; Corporum Cœleſtium, cum primis illorum, quibus cognatio cum humidis, in quorum claſſe palmarium debetur Lunæ. Hæc enim Humorum omnium, ut quæ citima Terris fertur, dominatrix, eos ſua virtute ciet movetque; non ſolum in Animalium, quod de Luna diſſerens monui, ſed aliarum etiam rerum corporibus. Adeundi Ptolemæus II. quadripart. cap. XII, Plinius lib. II. natur. hiſtor. cap. XCVII, M. Tullius lib. II. de Divinatione, Averroes in ſua Paraphr. Ambroſius lib. IV: ἑξαημέρ. Sic Silius lib. III. belli Pœnici:

Cymothees ea regna vagæ, Pelagique labores
Luna movet; Luna, immiſſis per cærula bigis,
Fertque refertque Fretum, ſequiturque reciproca Tethys.

Præter Veteres conſulendi ſunt & Recentiores, Albertus de Elementorum proprietatibus, Thomas de occultis Naturæ operibus, Thimon. II. Meteor. quæſt. II, Picus Mirandula contra Aſtrologos III. cap. XV. Auguſtinus Niphus Sueſſanus ſuper Enunciatum XXV. libri de noſtrarum Calamitatum cauſſis tertii. Quemadmodum vero Luna varias in Motu vices ſuſti-

astinet ; ita etiam dissimilibus vicibus
gitantur Æstus. Nam Lunam sequentes
bis inter duos ejus exortus adfluunt, bis
refluunt, vicenis quaternis semper horis:
hoc est, Maria singulis diebus naturalibus
bis inundant, bis recedunt: intumescentia, adscendente Luna supra Horizontem ortivum; relabentia vero ipsa ab meridiano cœli fastigio in occasum vergente: iterum exsurgentia, recedente subter ima cœli Luna, partemque meridianæ contrariam accedente; hinc subsidentia, donec iterum exoriatur. M. Terentius Varro lib. VIII. de lingua Latina: *At in Mari, credo; Motus non habent dissimilitudines geminas qui* XXIV. *horis Lunaribus quotidie quater se mutant: at quum sex horis Æstus creverunt, totidem decreverunt rursum.* Vegetius lib. IV. de re milit. cap. XLII: *In diversis regionibus diverso Lunæ crescentis minuentisque status certis horis ista variantur,* &c. Vt item Luna non semper eodem tempore neque loco oritur; sed assidue aliunde, quam pridie, prodit: sic nec Æstus statis horis recurrunt; sed illo tantum tempore, quo ipsa iter facit per cœli cardines. Plinius lib. II, cap. XCVII: *Nec unquam eodem tempore quo pridie resluit, ut ancillante sidere trahenteque secum avido haustu, maria, & adsidue aliunde quam pridie exorien-*

exoriente: paribus tamen intervallis reciproci, senisque semper horis non cujusque diei aut noctis aut loci, sed æquinoctialibus. Hoc etiam notandum, Lunam aliter Maria movere, quum plena; aliter, quum dimidiata. Major enim vis lumini copioso, quam debili & velut exstincto. Plinius eodem capite: *Multiplex etiamnum lunaris differentia, primumque septenis diebus. Quippe modici nova ad dividuam æstus, pleniore ab ea exundant, plenaque maxime fervent: inde mitescunt. Pares ad septimam primis: iterumque alio latere dividuo augentur. In coitu Solis pares,*&c. Hinc Cæsar lib. IV. de bello Gallico: *Eadem nocte accidit, ut esset Luna plena, qui dies matutinos æstus in Oceano maximos efficere solet.* Tacitus lib. I. Annalium: *Vitellius primum iter sicca humo, aut modice adlabente æstu, quietum habuit: mox impulsu Aquilonis, simul sidere Æquinoctii, quo maximo tumescit Oceanus, rapi agique agmen; & opplebantur terræ; eadem freto, littori, campis facies: neque discerni poterant incerta ab solidis, brevia à profundis,* &c. Nota nostratibus Plenilunii tempore vox, *Sprinck-vloedt*, quasi Æstus altius solito exsiliens. Non minus vere, quam eleganter Agellius lib. XIV, Oceanum, quasi Lunæ comitem, cum ea simul & senescere, & adolescere

ſcere ſolere, ait. Configurationes quoque
onnullius hic momenti. Luna enim, ſi
Venerem, dicis gratia, in idoneo adſpectu
eſpiciat, & humidas percurrat manſio-
nes; acceſſum Maris præter ſolitum au-
get; ſin Martem, & ſiccas permeet, mi-
nuit. Obſervanda & hic adſcenſio Signo-
rum. Luna enim ſi fuerit in Signis Recta-
rum Adſcenſionum, longiore tempore
producit Æſtus; quam ſi in Obliquarum.
Hoc namque animadverſum viris ma-
gnis, numquam Acceſſus Receſſibus pa-
res eſſe temporis duratione; niſi quum
Luna in Signis Æquinoctialibus ſine lati-
tudine. Plinius paullo ante: *ſeniſque ſem-
per horis non cujuſque diei, aut noctis, aut
loci; ſed æquinoctialibus*, &c. Neque hoc
ſilentio prætereundum, alias Aquarum
partes magis vi luminis & radiorum cor-
poris Lunaris adfici, quam alias; vel ob
rectitudinem radiorũ, vel vim quamdam
aliam occultiorem. Quin & alia efficacia
radios ſuos in Aquas demittit Luna, ſi
Septemtrionalis; alia, ſi Meridionalis:
hic enim Acceſſus auget in littoribus Me-
ridianis; ibi in Septemtrionalibus. Plinius
eodem capite: *Plane eadem Aquilonia &
à terris longius recedente mitiores, quam
quum in Auſtros digreſſa propiore niſu
vim ſuam exercet.* Effectus hujus Æſtus
alios novimus & experimur commodos,

alios incommodos. Illos quidem, quod Aquas purget; ne stantes & quietæ (docet hoc experientia) situ & putrefactione corrumpantur: quod idem promoveat Navigantes; Nam, ut inquit Vegetius lib. IV. de re militari, cap. XLII, *hæc reciprocantis meatus ambiguitas Cursum Navium secunda adjuvat, retardat adversa.* Hos autem, Inundationum & Perruptionum violentia. Nam tanta sæpe vi terris immittitur Oceanus; ut etiam vasta flumina retroagat, mergens abluensque spaciosos campos. Scribit hoc Pomponius Mela; clamantque tot multorum seculorum calamitates. Perruptiones testantur Insulæ numerosæ, quæ Continenti quondam adhæserunt: Sicilia Italiæ, Cyprus Syriæ, Eubœa Bœotiæ, Taprobana Indiæ, aliæ aliis, ut videre est apud Strabonem lib. I. Georg. Ovidium XV. Metamorph. Senecam lib. VI, & Plinium lib. II, cap. XXCIIX. adeo ut nonnullis Mare videatur in eo totum esse, quo terras absorbeat, & omnia pontum faciat. Sed terminum illi posuit magnus & potens Deus, qui apud Iirmeiam cap. V: *Me ergo non timebitis*, ait; *& à facie mea non dolebitis? Qui posui Arenam terminum Mari, præceptum sempiternum quod non præteribit: & commovebuntur & non poterunt: & intumescent fluctus ejus, &*

non

non transibunt illud. Hic enim, ut inquit Hiob, cap. XII, *Si continuerit Aquas, omnia siccabuntur: & si emiserit eas, subvertent Terram.* Hæc de Æstu; super quo etiam consulenda Possidonii Disputatio: ab iis quæ nobis hodie nota, non abhorrens, apud Strabonem lib. III. extremo.

Mare porro *Salum* dicitur, vel ἀπὸ τοῦ σαλεύεσθαι, ut quidam volunt, quod fluctuet; vel ab Salsedine, quam sunt qui in ipsa creatione datam Mari notant. Anaximander censuit Mare salsum esse, quod ad ipsum flumina salsa magno numero confluant, Anaxagoras & Plato, propter venas Terræ salsas: Platonici, ob nonnullas Terræ partes, in imo Maris salsas. Aristoteli lib. II. Meteor. visum hoc fieri, propter Sicci terrestris usti permistionem cum ejus aquoso humido. Anaximenes & Diogenes Solis Stellarumque actioni Salsedinem attribuerunt: dixerunt enim Mare initio dulce fuisse, postea actione Stellarum salsum evasisse. Plerique Philosophi Salsedinem putant ab Exhalationibus, quas virtute Solis & Stellarum ex Mari sursum evectas, decidentes rursum ejus aquis deinde permisceri volunt. Videndus omnino Averroes in Paraphr.

Quod autem Mare non augeat, quum tot flumina, tot in se recipiat fontes, variè sunt apud Isidorum lib. XIII, cap. XIV. & alios

alios caussæ. Primo enim adcurrentes undas ejus vastitas non sentit; Secundo amarior ejus aqua dulces, quæ adfluunt, consumit: Tertio Nubes multum hinc Aquarum ad se attrahunt: Quarto marinam Aquam partim auferunt Venti, partim Sol exsiccat: Quinto denique Mare per occulta quædam Terræ foramina percolatur, & ad caput amnium fontiumque revolutum recurrit.

Plinius lib. II. natur. histor. c. XCIIX, omnia Maria purgari notat Plenilunio; quædam etiam stato tempore; & circa Messanam & Mylas fimo similia exspui in littus purgamenta. Quur hoc? Nihil enim patiuntur fœdi, nihil inquinari; quidquid violentia perit tempestatum, id omne ad littus explodunt. Respicit eo Latinus suo Panegyrico: *Noster Pirata quidquid undecumque convexerat, id nobis sibique periturum in illam specus sui Charybdim congerebat. Charybdim loquor? quæ quum plena navigia sorbuerit, dicitur tamen eructare naufragia, & contortas fundo rates Taurominitanis littoribus exponere.* Certe Cadavera & alia quæque naufraga littoribus reddi, quotidie docemur, qui maris accolæ. Superstitiosius hoc, quod Magi nefas crederent, exspuere in Mare, eoque ad humanas necessitates uti. Plinius de Tyridate Mago, quem ad se Nero acci-

cive-

iverat: *Magus ad eum Tyridates vene-*
rat, Armeniacum de se triumphum adfe-
rens, & ideo provinciis gravis navigare
noluerat; quoniam exspuere in Maria,
aliisque mortalium necessitatibus violare
naturam ipsam fas non putent. Non igi-
tur obscurum, quam ob caussam mari-
nas (Aquis omnibus tribuunt purgandi
vim alii scriptores) undas usurparit An-
tiquitas in Purgationibus, ut videre est
apud Catullum de aversis incestisque Gel-
lii Veneribus, Senecam in Hippolyto,
Apuleium lib. XI. Metamor. Lactantium
lib. V. Instit. Divinar. cap. XX. Et hinc,
cum apud alios tum Iulium Obsequen-
tem de Prodigiis, leguntur Hermaphro-
diti Aruspicum præcepto in Mare depor-
tari quomdam soliti; quod nullis nisi
æquoris undis ejusmodi Portentum lava-
ri & expiari posse arbitrarentur. Quin
Maris undas medendis morbis adhibitas
innuit Diogenes Laërtius, Euripidem scri-
bens cum Platone profectum in Ægy-
ptum, ibique ægrotantem marina cura-
tione ab Ægyptiis Sacerdotibus sanatum:
unde postea tamquam accepti memor be-
neficii, Mari hoc Encomium posuit:

Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώ-
πων κακά.

Docet apud Macrobium lib. VII. Saturn.
cap. XII, Disarius ab Avieno provocatus,

Aquam marinam, quæ amaritudine sui aspera est, numquam gelu contrahi: Herodotum Historiarum scriptorem contra omnium fere, qui hæc quæsiverunt, opinionem scripsisse, mare Bosphoricum, earumque partium mare omne, quod Scythicum dicitur, gelu constringi & consistere: aliter enim esse, quam putatur. Nam non marinam aquam contrahi; sed, quia plurimum in illis regionibus fluviorum est, qui in ipsa Maria se exonerant, superficies Maris, cui dulces Aquæ innatant, congelascere, &, incolumi Aqua marina, videri in Mari gelu, sed de advenis undis coactum. Fidem deinde testatur Ponti, in quo frusta quædam & prosiciæ gelidæ feruntur, contractæ de fluvialium undarum multitudine. Sunt qui hanc Disarii, marinam Aquam congelationis capacem negantis, disputationem rapiunt in controversiam, quod videant sequiora de Ponto scripta ab Ovidio:

Ipse vides certe glacie concrescere Pontum,
Ipse vides gelido stantia vina gelu;
Ipse vides onerata ferox ut ducat Iacis
Per medias Istri plaustra bubulcus aquas.

In Ponti naturam, an hieme obduretur, curiosius numquam inquisivi: alioqui videri posset Ovidius talia de eo cecinisse,

in

in littore, non in altum provectus; & ut Poëta homoque exsul, ut horribilis loci, in quem pulsus erat, delineatione misericordiam moveret cum aliis, tum Augusto principi. Certe vix esse, ut Maria (non loquor de Terræ vel infusis vel adluentibus) glacie concrescant; testamur qui adhabitamus: clamant & Argonautæ nostri, qui nupertime per fretum Vaigatium, cui Nassovium nomen indiderunt, Sinarum regna cogitantes, Septemtrionale Pelagus aliquoties, semel etiam ad xxc, & quod excurrebat, Altitudinis gradum navigarunt. Inciderunt quidem non raro, cum summo navium vitæque discrimine, in multam glaciem, sed terris adnavigantes, prope littora & portus; ut illa non tam videretur ex mari nata, marinæque planitus connata, quam ex littoribus ventorum vehementia & undarum impetu in altum provoluta, & ex frustis proficiisque in colliculos quasi constipata. Hinc est, quod in suis Diariis passim notent; vento mutato, Mare nunc navigabile, nunc contra fuisse: hinc quod ubique littorea commemorent ab glacie pericula: hinc denique quod nullo non loco lineam à prora navigantes demittere potuerint, absque ullo obstaculo, ad explorandam Maris altitudinem: quod, si Mare congelatum fuisset, facere nequiissent. Frustra

igitur Mare illud Glaciale dicitur; & ob glaciem, qua concretum non recte perhibetur, navigari posse negatur. Purum etiam sub polo, Mare, media hieme; tempore verno, navigabile; æstate glacierum fragminibus, quæ vel terris calore Solis abrupta, vel ab fluminibus eructata, obsessum: præcipue ad littora & in fretis atque angustioribus locis. Hæc si vere de Septemtrionali prædicentur mari; ubi, remotissimo Sole, frigora necessario maximè penetrabilia: certe nõ injuria dici possunt de reliquis, quæ propiora Soli; cujus calor juvare solet Maris naturam, ne in glaciem Aquæ convertantur. Iam quod posteriorum temporum Scriptores monimentis suis consignent, Mare ad aliquot milliaria subinde congelatum fuisse, arbitror ex auditu potius hoc illos tradere quam quod viderint, & ita se res haberet: vel, si quid tale fuerit, de adventitia glacie exaudiendum. Nam quod toties illi suo tempore scribant factum; mirum ne semel quidem ævo nostro contigisse.

Mari certum & constantem non esse Colorem, sed pro Ventorum qualitate mutari, tradunt Physici; nunc enim flavum esse, nunc atrum, nunc viridem. Videndus Isidorus lib. XIII, cap. XIV.

Maria versus Austrum esse profundiora, quam quæ ad Septemtrionem, ajunt

qui

ui per utraq; fecerunt huc illuc iter; quod
on solum de Oceano, sed & de Mediter-
aneis exaudiendum, patet inde, quod,
Græcis scribentibus, Pontus Ægæo, hoc
iculo, Siculum cedat Tyrrheno & Sar-
loo; quæ, ut etiam notat Aristoteles l. II.
Meteor. omnium (mediterranea intelle-
git, homo Græcus) profundissima. Abys-
sum (quæ Isidoro lib. XIII. Originum,
cap. XX. profunditas Aquarum impene-
trabilis) volunt nonnulli Mare Indicum,
quod vere Austrinum. Vbi vero mensus
maris altitudinem Fabianus antiquus
scriptor, nescio. Is enim apud Plinium
lib. II. cap. CII, altissimum mare tradit
esse XV. Stadiorum. Æquat ejus ratio mille
nongentos septuaginta quinque passus.
Passus mihi spacium, quod utriusque ma-
nus extensione completur; pedes quinos
continens; *Vadem* idiomate nostro. Hoc
certum, Altitudinem Maris diversam
esse, quum tamen indiscreta dorsi ejus
æqualitas, inquit Isidorus lib. XIII. c. XIV;
unde Æquor appellatum ab æquitate, ut
censet M. Tullius; vel quia æqualiter sur-
sum est, ut Isidorus. Nam quamvis Aquæ
fluctuantes nonnumquam velut montes
erigantur; tamen tempestatibus, quæ
commoverant, sedatis positisque ventis,
rursum adæquantur.

Maris navigantes experimur plerum-

que Rabiem, nonnumquam Malaciar
sæpe Pellaciam. Rabiem quoties cor
motum tempestatibus horrescit, cœloqu
confunditur; flantibus discorditer in pe
niciem nostram ventis, undisque long
per multa volumina tractu æstuantibu
Maris crudelitas ab Homero delineatur
Odyss. θ:

> οὐ γὰρ ἔγωγέ τι φημὶ κακώτερον ἄλλ
> θαλάσσης
> Ἄνδρα τε συγχεῦαι, εἰ καὶ μάλα
> καρτερὸς εἴη.

Quem Poëtæ locum Livius Andronicus apud Festum eleganter exprimit:

> *Namque nullum peius macerat humanum,*
> *Quamde Mare sævum. Vires quoi sunt*
> *magnæ,*
> *Topper confrigent importunæ undæ.*

Tria Græci Mala agnoscebant, *Ignem*, *Mare*, *Mulierem*. Indicat celebratum illis Trimetrum:

> Πῦρ καὶ θάλασσα καὶ γυνὴ, κακὰ τρία.

Hinc Medea, quum apud Senecam in cognomine sibi Tragœdia, Act. II, gloriata esset, scelere Flammas à se vinci & Mare; paullo post in ejusdem Choro cantatur *Majus Mari Malum*. Quin, docente Agellio lib. XV, cap. XXI, ferocissimos & immanes, alienosque ab omni humanitate, tamquam è mari genitos, *Neptuni filios* dixit Antiquitas. Audaces igitur

meri-

erito primi Nautæ; de quibus multa
ppianus Halieuticῶn 5, Propertius
. III, Elegia de obitu Pœti, Seneca Me-
a, & alii. Sic Sophocles in Antiq. Act. II.

πολλὰ τὰ δεινὰ, κοὐδὲν ἀν-
θρώπου δεινότερον πέλει.
τοῦτο καὶ πολιοῦ πέραν
πόντου χειμερίῳ νότῳ
χωρεῖ περιβρυχίοισι
περῶν ὑπ' οἴδμασι, &c.

Malaciam (sic enim voce Græca Latini Scriptores Matis Molliciem nominant, ut legere est apud Cæsarem III. de bello Gallico, Senecam lib. IX. Epistolar. aliosque) experimur, quoties ferocitate deposita tranquillum plane se præbet, placatum & certum. Pellaciam denique, quoties nos ad navigandum sua tranquillitate pellectos fallit, erumpens in horrendas subito tempestates. Lucretius l. II, de rer. natura:

Infidi Maris Insidias, Viresque, Dolumque
Ut vitare velint, neve ullo tempore credant,
Subdola quum ridet placidi pellacia ponti.

Et lib. V.

Nec poterant quemquam placidi pellacia ponti
Subdola pellicere in fraudem ridentibus undis.

Verum

Verum esse Senecæ illud docet experie[ntia]: *Noli huic tranquillitati confider[e]: momento Mare vortitur: eodem die, u[bi] luserunt navigia, sorbentur.* Quisquis na[vigat] tantum distat à Morte, quanta N[a]vis est crassitudo: ad quod Anachars[is] apud Laërtium Apophthegma adludit Iu[venalis] in Satyris:

I nunc, & ventis animam committe, do[lato]
Confisus ligno, digitis à morte remotu[s]
Quattuor, aut septem, si sit latißim[a] rheda.

Oraculi instar mihi Carfilidis illud, interrogati, quid Mare, quid Nauta esset; eo nil infidelius, hunc fluctuum comitem pronunciavit.

Edit Mare murmur, nostras quotidie percutiens aures; quod, ut veteres etiam (consulenda Aristotelis Meteorologica) notarunt, ab Mugitu non absonum Taurino: unde Græci Neptunum Μυκητὴν καὶ Ταύρεον vocarunt, Taurum illi immolantes. Solent antiqui, nosque hodie, ex hoc Murmure, si validius fuerit, Ventos augurari. Seneca in Agamemnone:

—— tum Murmur grave,
Majora minitans, collibus summis cadit,
Tractuque longo littus ac petræ gemunt:
Agitata ventis unda venturis tumet:

Imi-

itatus videtur M. Tullium; cujus, Ara-
m suum vertentis, hæc leguntur lib. 1.
Divinatione:

Atque etiam ventos demonstrat sæpe futuros
Inflatum Mare: quum subito penitusque tumescit,
Saxaque cana salis niveo spumata liquore
Tristificas certant Neptuno reddere voces;
Aut densus stridor quum celso è vertice montis
Ortus adaugescit scopulorum sæpe repulsu.

Est autem caussa Murmuris agitatio fluctuum, qui vel se impellunt & protrudunt, vel littoribus impinguntur; quorum decimus omnium censeri solet Maximus; utroque cognomine insignis. *Maximus* vocatur ab Celso IC. in l. littus 96. D. de verbor. signif. restituendus Iavoleno, eodem tit. ad l. 112. μέγιστον κῦμα, Eclog. 11, ca. xcv. Plenius *Hibernus fluctus Maximus* dicitur ab Iustiniano Imp. §. 3. Institit. de rer. divis. ubi Theophilo χειμέριον μέγιστον κῦμα. *Decimum* appellant Ovidius lib. 1. Tristium, & xi. Metamorph. Valer. Flaccus lib. 11. Lucanus lib. v, Seneca in Agamemnone, Silius Italicus lib. xiiii. & alii. Latinis apud Festum nominatur

Decu-

Decumanus, propter Denarii numeri pe-
fectionem. Græcis τρικυμία, notan
Hesychio: qua voce usos lego Platonem
in Euthydemo, Euripidem in Agamem-
none, Aristidem in Themistocle, Lucia-
num ἐν τῷ περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόν-
των, & alios.

Maria quondam, ut indicant Plinius lib. II. nat. histor. cap. XLVII, & Vegetius l. IIII. de re militar. cap. XXXIX, Clausa dicebantur ex die III. Eidus Novemb. usque in diem VI. Eiduum Martiarum. Vult hoc & Theodoretus de Provid. Serm. I: ὅτε μὲν γὰρ χειμῶνος λήγοντος, καὶ ὅτε ἔαρος ὑπολάμποντος, ἡνίκα πλείους τῶν ἀνθρώπων οἱ περὶ τὴν ἐργασίαν πόνοι, ὁδοιπορία τε καὶ ἐκδημία· καὶ ἀπὸ λιμένων ἀναγωγαὶ, καὶ θάλαττα ἐστορεσμένη, καὶ τῆς χειμερινῆς ἀπηλλαγμένη τραχύτητος, & quæ sequuntur. Sic Hesiodus ἐργ. καὶ ἡμερ. vetat post Virgiliarum occasum navigare. Caussam adscribit, quod eo tempore Mare, maxime infidum, tempestatibus facile soleat concitari:

Εὖτ' ἂν Πληϊάδες σθένος ὄβριμον Ὠρίωνος
Φεύγουσαι πίπτωσιν ἐς ἠεροειδέα πόντον,
Δὴ τότε παντοίων ἀνέμων θύουσιν ἀῆται,

Καὶ

Καὶ τότε μηκέτι νῆας ἔχειν ἐπὶ οἴνοπι πόντῳ,
Γῆν δ' ἐργάζεσθαι μεμνημένος, ὥς σε κελεύω,
Νῆα δ' ἐπ' ἠπείρου ἐρύσαι πυκάσαι τε λίθοισι
Πάντοθεν ὄφρ' ἴσχωσ' ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων
Χείμαρρον ἐξερύσας ἵνα μὴ πύθη Διὸς ὄμβρος.

lausi Maris aliquoties mentio apud Veres Scriptores, M. Tullium ad Q. Fraem, Cassiodorum lib. XII. Variar. cap. XXIV. & alios. Et lux hinc Horatio l. 1. Carminum, Ode IV, Suetonio in Claudii rincipis vita cap. XVIII, & Imperatoris Constitutioni, quæ est in l. civitas. C. de offic. Rector. provinc. Vt autem instane Clausum, sic exacta solutaque hieme Apertum dicebatur Mare. Hieronymus in vita Paullæ ad Eustochium: *Tandemque exacta hieme, aperto Mari, redeuntibus ad Ecclesias suas Episcopis, & ipsa voto cum eis ac desiderio navigavit.* Primitiæque Navigationis Diis offerebantur. Apuleius lib. Milesf. XI, ex persona Dianæ: *Diem, qui dies ex ista nocte nascetur, æterna mihi nuncupavit Relligio: quo sedatis hibernis tempestatibus & lenitis maris procellosis fluctibus, navigabili jam pelago, rudem dedicantes carinam, primitias*

commeatus libant mei Sacerdotes. Hod
nunquam clauduntur Maria; fervent nq
minus hieme, quam æstate. Audaces h
omnia perpeti Belgæ, & inter eos lo
principis Batavi; quibus in hac difficu
tate nihil difficile, nihil fere contra infid
incertaque Maris arduum.

Possem hoc loco laudes celebrare Na vigationum, cum Veterum, de quibus præclara multa notat Aristides in Oratione Isthmica; tum Recentiorum, in quarum notitiam quotidie stupentes & attoniti manu quasi peritissimorum Navarchorum deducimur; nisi ad præcipuum mihi institutum, Orbis Terrarum delineationem, serio sæpe me vocaret oratio. Hoc sane monitione censui non indignum, Majorum non minorem hic industriam fuisse, quam qui ævum hodie agitant. Priscos enim illos quæsiisse etiam & adiisse per Maria Terras remotissimas, docet Sacra Scriptura, commemorans Navigationes in Indiam non solum Arabum, ut videre est in Hijobi historia; sed & Regum cum Iehudæ, tum Israëlis; Schelomonis, Iehoschaphati, Ochoziæ & aliorum; eorundem etiam non obscure (quod nonnulli volunt non postremæ classis Interpretes) expeditiones in eam Orbis partem, quæ Regum Castiliæ beneficio superioribus annis rur-

sum

m inventa, innuens; quum lib. II. Pa-
lip. cap. III, 7. mentionem faciat *au-*
Parvaim. sic enim ibi de Schelomone:
t texit domum lapide precioso ad gloriam
aurum, aurum Parvaim, זהב פרוים:
non semel *Ophirani*; quod idem puta-
ut cum Peruviano, non inamœna, ut
ensent, neque ingrata litterarum meta-
hesi. Hijob cap. XXVIII, 16, *non æsti-*
nabitur cum auro Ophir (אופיר) *cum*
Onyche precioso & Sapphiro. Iesahiah.
cap. decimotertio, vers. secundo. *Precio-*
sum faciã hominem præ Obrizo, & homi-
nem præ massa auri Ophir, מכתם אופיר:
Testatur & Antiquorum hac in re dili-
gentiam Strabo, notans lib. I. Homeri
etiam ætate (floruit autem ille Regum
Albanorum temporibus, Silvii, ut vult
Cassiodorus; Agrippæ, ut alii) naviga-
tum in Indiam. Ad propiora nobis ve-
niamus. Scribit Plinius lib. II. natur.
histor. cap. LXVII, suo tempore totum
Occidentem ab Gadibus Columnisque
Herculis, Galliarum circuitu, naviga-
tum: Septemtrionalem autem Oceanum
majori ex parte auspiciis Augusti usque
ad Cimbrorum promontorium; inde ad
Scythicam plagam immensum Mare
fuisse cum prospectum, tum fama cogni-
tum: ab Ortu ex Indico Mari partem to-
tam in Caspium vergentem Macedonum

armis innotuisse, Seleuco & Antiocho regnantibus, circa Caspium quoque multa Oceani littora fuisse explorata: & sic totum fere Septemtrionem hinc illinc versus Occasum & Ortum eremigatum. Addit porro, alio latere Gadium ab eodem Occidente magnam meridiani sinus portionem, ambitu Mauritaniæ, suo tempore navigari solere: majorem quidem ejus, & Orientis, partem victoriis Alexandri Magni fuisse lustratam usque in Arabicum sinum; Hannonem Carthaginiensem circumvectum à Gadibus ad finem Arabiæ: contra Eudoxum Cyzicenum (de quo etiam Strabo lib. 11.) teste Cornelio Nepote, quum Lathyrum regem fugeret, Arabico sinu egressum Gades usque fuisse perductum; Cælium quoque Antipatrum scribere, vidisse se, qui cum mercibus iter fecisset maritimum ex Hispania in Æthiopiam: eumdem Nepotem tradere, Q. Metello Celeri, Galliæ Proconsuli, Indos ab Suevorum Rege dono datos, qui ex patria commercii caussa navigantes tempestatibus in Germaniam, necessario per Oceanum Orientalē & Septentrionalem, fuerant abrepti.

Hodie in omnes fere terrarum oras, & omni tempore, velis ventisque ferimur: nihil tempestatum horretur, ne quid relinquatur intactum. Quum in Indiam ex Euro-

Europa Navigatio mox post Alexandri
Magni tempora increbuisset per Ægy-
ptum, Strabone & Hieronymo notanti-
bus; eaque aliquamdiu intermissa tan-
dem, pace Terrarum orbi ab Augusto
principe parta, fuisset repetita; ut non ob-
scure, quæ jam scripsi, docent; Veneti,
qui primi palmam Europæis, longa hæc
stadia decurrentibus, eripuerunt, paullo
supra nostram ætatem mare Hadriaticum
ingressi, devectique per Mediterraneum
Alexandriam usque, & hinc aliquantum
terræ spacium emensi, per sinum Arabi-
cum ad Indorum populos proficisci cœ-
perunt: hodie, quum via, quam dixi, ab
Sultano Ægyptio aliisque infestior depre-
hendatur, Antiochiam (quam, Syriæ
quondam metropolin, *Aleppo* vulgus
nunc nominat) portati, tendunt per ter-
restre CCCCL. milliarium iter Babylonem,
Assyriæ urbem; hinc milliar. CCCCXXX.
Balsaram: inde milliar. CC. Armuzam,
quod, *Ormus* hodie, nobilissimum Per-
siæ emporium: ubi, conscensis navibus,
per sinum Persicum porro in quasvis In-
diæ regiones vehuntur. Quod iter mari-
timo Lusitanorum, de quo dicam, non
solum brevioris compendii, ut res ipsa &
milliarium docent computatio; delecta-
bilius etiam, occurrentibus passim infini-
tis antiquarum urbium, veterumque, &

quæ priſcis hiſtoriis ſcriptiſque nobilitata, locorum monimentis, præter novos indies populos, novoſque populorum ritus; verum etiam commodius, offerente ſe quotidie recenti cibo potuque; tutius autem, ne cane quidem, ut ſic dicam, adlatrante: quum contra maritimum, cujus memini, quod flexuoſius, terreſtri Venetorum triplo ſit majus; tædioſius vero, cum quod nihil niſi cœlum ſalumque in oculos incurrant, tum quod continuo ſit depugnandum cum tempeſtatibus, quæ improviſæ & inopinatæ non raro ſolent imparatos opprimere; quodque fames plurimum levanda pane mucido, ciboque nonnumquam viliore, ſitis vero ſedanda potu aquæ fœtido vermibuſque infecto eoque modice admodum adfuſo.

Luſitani, primos ad procul ſitas nationes monſtrante ſuis regia prole gradus, aliud in Indiam, & ad regna Sinarum iter non infeliciter ſunt moliti; circumnavigata, commemorando ſeculis omnibus auſu, tota Africa, luſtratiſque quæ Æquatori Tropiciſque ſubjectæ, terrarum oris. Hos ſucceſſu temporis ſequuti ſunt Angli, aliique populi: & anno CIƆ IƆ XCV, Octobri menſe, inſtructa Mercatorum quorundam auſpiciis quatuor navium claſſe, Batavi: qui Iavam inſulam circumvecti, potius quid gerendum ibi, quam

quid

uid gestum reversi docuerunt: armis, uibus gens illa nimium adsuevit, quam nercibus, expediundis promtiores.

Versus Occidentem primus vastum hoc pelagus ingredi fuit ausus Christophorus Columbus Genuensis; qui, oblata variis Principibus ad novas quærendum terras opera, sed à plerisque, qui rem nimis difficilem & nullius fructus arbitrabantur, rejecta; profectus tandem in Castiliam, Ferdinandi & Isabellæ mandatu, accepta paucarum navium classe, anno cIↃ CCCC XCII. Insulas in Sinu Americano positas, Cubam, Hispaniolam, aliasque invenit. Ianua sic patefacta, suscepit hoc iter Americus Vespucius Florentinus anno cIↃCCCC XCVII, tanta cum laude, ut etiam terræ noviter repertæ suum impositum fuerit nomen. Hinc quum inter Lusitanos versus Orientem, Castellanos autem in Occidentem, pomœria suorum Principū promovere pro virili adnitentes, dissidium esset ortum; ne alteri alteris essent impedimento, novus ille orbis, auctoritate Alexandri VI. Pontificis & aliorum, in duas partes est distributus: scriptis legibus & conditionibus; ut quidquid institutum ab Atlantici maris insulis, quę Hesperides solent dici, navigatione Orientē versus reperiretur, Lusitanorū esset; quicquid ad Occidentem, Castellanis cederet: sic

horum beneficio pernotuit America; illorum, Orientis pleraque & Moluccæ Insulæ, ita lucri studio lapsu temporis excurrentium, ut dicerentur etiam petrumpere in adjudicatam Castellanis portionem: quæ controversia decidi non potuit, nisi Ferdinando Magellano quasi judice. Hic enim Lusitanus, odio in Emanuelem suum Principem, ob non bene pensatam, quam illi navarat & effecerat, operam, exstimulatus, docens Moluccas ex facta distributione pertinere ad Castellanos, anno cIↃ IↃ XIX, auspiciis Caroli V. ad quærendum dimissus alia via insulas, quas dixi, ita cursum suum temperavit; ut ex Hispania in Australiora cœli spacia ad gradum latitudinis LII. delatus, inde conversa ad Occidentem Solem classe, primus fretum, quod, nomen à primo lustratore nactum, inter Americam & immensa, quæ nondum explorata navigantibus, littora, tramensus, vastissimo denique maris tractu superato, in conspectu fere Moluccarum prœlio contra Barbaros cæsus, sociis suis præter Asiæ Africæque littora in patriam revectis, admirandique, & ab nemine mortalium tentati facinoris nunciis, occasionem dederit gloriandi terræ globum ab se circinatum: quam post illos laudem proximis annis consequuti Franciscus Dracus, & Thomas Candischius, Angli,

Angli, & venantur hodie Batavorum nonnulli, velit DEVS, ut eventu secundo.

Sic in omnium oculis & mente semper obversabatur Oriens, & in eo Moluccæ: ideoque quum obsessa essent illuc itinera hinc ab Lusitanis, inde à Castellanis; aliis inveniendis operam varii dederunt. Casparus Cortesius versus Septemtrionem anno cIɔ Iɔ. pro Freto quod quærebat, fluvium invenit, ad LX. altitudinis gradum; & domum reversus, quum anno sequente, prosperioris successus spe, prosecutus eodem esset, periit: cujus fatum sequutus non multo post Michael Cortesius, ejus frater. Sebastianus Gabottus Venetus, auspiciis Henrici VII. Angliæ regis, anno cIɔ Iɔ VII, iter ad Moluccæos & Sinas quæsiuit per Septemtrionem: sed detecto Bacalaorum tractu, æquorque permensus usque ad LXVII. altitudinis gradum, in Angliam reverti fuit coactus ab adventitia glacie, quæ in angustioribus locis marinis ibi aquis innatabat. Ioannes Verasanus anno cIɔ Iɔ XXIV, nomine Francisci Galliarum regis, idem animo vorsans, ad caput Britannorum terram cum suis ingressus in cibum Barbaris est conversus. Ibidem frustra fuit anno cIɔ Iɔ XXV. Sebastianus Gomezius Hispanus; qui, parum reportans gloriæ, Barbaros aliquot inde secum abduxit,

abduxit. Successerunt illis Angli: & inter eos primus Hugo Willougbæus, vir Equestris ordinis; qui, anno cIↄ IↄLIII. repertis aliquot ad gradum LXXII. terris, frigore aliisque incommodis cum suis periit. Eandem persequens viam triennio post Stephanus Berrovæus Anglus, Insulas aperuit Galgojeviam, Novam Zemblam, aliasque, depugnare coactus cum frigore, glacie, tempestatibus, aliisque calamitatum procellis. Hos ejusdem gentis sequuti Martinus Forbisherius, Arcturus Pettæus, Carolus Iackmanus, & Ioannes Davisius: quorum primus, quum anno cIↄ Iↄ LXXVI. ob glaciem parum præstitisset, sequenti Fretum invenit ad gradum LXI, quod an pervium, pernovisse nequivit; medii vero idem ad Orientem iter anno cIↄ Iↄ XXC. moliti Novæ Zemblæ littora fecerunt, quam ante id tempus fuerant, notiora; postremus denique anno cIↄ Iↄ XXCV, & sequente, patefecit borealiora Americæ, & oras Gronlandiæ: omnes, pleniore quæsitorum cognitione negata, ab glacie frigoribusque ad sedes suas repulsi. Ordo tandem in Borealis Neptuni genium inquirundi venit ad Batavos & Zelandos; qui anno cIↄ Iↄ XCIV. auspiciis Ordinum Fœderatarum Provinciarum & Illustrissimi Comitis Mauricii, Maris Præfecti, Septemtrionale hoc iter

versus

ersus Scytharum Sinarumque regna
nense Iunio Pentecostes die susceperunt.
Quum ad Novam Zemblam (quæ Bot-
ovæi, Pettæi & Iackmani periculis jam,
non plene tamen, innotuerat) junctim se-
cundo satis flatu pervenissent; naves Am-
steldamenses, quarum cura Gulielmo Ba-
rendsonio mandata erat, versus Polum
ascendentes, Insulæ, quam dixi, littora ad
LXXVI. usque gradum penitius, & quam
umquam antea diligentius explorarunt;
reliquæ Enckhusana una, altera Zelanda,
quibus præerat Ioannes Hugonis F. Lin-
schotanus, qui septennium jam apud In-
dos fuerat moratus, Fretum Vaigatium
pernavigantes, in altum latumque pela-
gus sunt delatæ, ad confinia usque Obi,
nobilissimi Tartariæ fluvii, &, ut nonnul-
lorum erat conjectura, ad Promontorium
Tabinum: sed quum hactum Argo-
nautæ sufficere putarent Oceanum Tar-
taricum se satis ad futuram navigationem
rimatos; illarum vero, obstante, quæ aquis
circa littora innatabat, glacie, ulterius ire
nequirent; tertio mense reversi sunt in-
columes. Anno deinde sequenti septem
in eundem finem adornatæ fuerunt na-
ves, quinque in Hollandia, duæ in Zelan-
dia: quarum vectores eorundem, quos an-
te dixi, auspiciis, ductu vero variorum, in-
ter quos primi loci Gulielmus, cujus jam
 memi-

memini, sublatis XIV. Kalendas Quinctilis anchoris, quum iterum prospero cursu Angustias Vaigatias superassent, ab Russis, quorum nonnullis omnia ibi cognita erant, visa & sulcata, didicerunt, inter alia, Fretum certo anni tempore ab Navigantibus transiri posse; quintidui ab eo itinere versus Boream Promontorium esse; quod transgressis occurrere, inclinans ad Eurum, ingens & spaciosum Mare. Sed quum alius alii mentis incerta, quæ ulterius in Ortum, Oceani Tartarici avorsarentur, Hollandiã repetentes Mosam quarto mense, favente DEO, sunt ingressi. Anno denique CIↃ IↃ XCVI. iterum cum duabus navibus, Mercatorum adparatu, eamdem nonnulli tentantes viam, quum, itinere III. Nonas Maji instituto, evecti essent ad gradum LXXX, minut. XI. in littora inciderunt (Insulæ dicam, an Continentis?) vasta & ampla, quæ Gronlandiæ putabantur ob viriditatem. Nam licet terra ibi, quocunque tandem nomine censenda, Polo vicinior, & eam ob caussam, ut vulgo persuasum hactenus, frigidior; gramen nihilominus herbasque deprehensa fuit producere voluntarias: & pascere cervos, aliaque id genus animantia, herbis vescentia: quum è diverso in Nova Zembla, gradu LXXVI. & ab Arctico versus Aequinoctialem Solisq; viam remo-

notius, omnia areant; campis passim
nentibus, ursis, vulpibus, aliisque car-
voris bestiis omnia ibi infestantibus.
uinquagesimo sexto, postquam solve-
nt, die, revecti ad LXXV. gradum, com-
unibus suffragiis disiuncti; uni quidem
ersus Septemtrionem ad LXXX. gradum
versi, ob continuas tempestates Colam
Lapporum est oppidum) salva navi re-
nearunt; alteri vero post infinitas cala-
nitates & inextricabiles fere periculorum
b feris, frigore, fameque casus, quum in
Nova Zembla gradu altitudinis LXXVI.
exstructo, ut poterant, tugurio, novem
aut circiter menses hæsissent, relicta inter
glaciales Oceani montes Navi, Navar-
choque Gulielmo Barendsonio ibi defun-
cto, cũ duobus lenunculis emensi æquor
quadringentorum milliarium, Colam
multis difficultatibus conflictati ad Navi-
gationis venerunt socios; cum quibus in
communem navem recepti, in Hollan-
diam anno cIɔ Iɔ XCVII. Novembris
initio revenerunt; quum nomina variis
Portubus Insulisque, de quibus suo loco,
in singularum expeditionum memoriam
reliquissent.

Ad quid hæc omnia? ut doceam, nihil
non, ut olim, sic etiam hodie vel naviga-
ri, vel posse saltem. Nihil dicam de Na-
vigationibus Europæorum Mediterra-
neis.

neis. Ludus est hodie ire in Asiam., in Africam, alio. Ad Hesperidum Insulas delati, Orientem (nam in Occidentem, ac Americanos, velificari, tutius existimatur) petimus; nunc Eurum versus, Caput Bonæ Spei prætervecti; nunc Fretum Magellanicum, obversis ad Africum proris, transvecti. Quum autem immensius, flexuosius, mercibusque inimicius videretur hoc iter; emendicatus varie ad Orientales divitias aditus ab aspero duroque Septemtrione. An quid eo navigantibus versus Corum pateat itineris, an quod ibi fretum, adhuc ignoratur: Nihil enim ab Cortesio, Gabotto, Verasano, Gomezio, Willougbæo, Forbisherio, Davisio, aliisque certi. Versus Boream patere per Angustias Vaigatias, vel potius supra summa Novæ Zemblæ littora indubitatum. Alterutra sane necesse est via delatos fuisse tempestatibus in Germaniam Indos, anno ab V. C. IↃC. XCI, quos ab Suevorum rege dono datos Q. Cæcilio Metello, Galliæ Proconsuli, notat Plinius. Angustias enim illas non semper ab glacie obsessas esse & obturatas iterata navigatione nostrates didicerunt; cum ipsi, Augusto mense prorsum vorsumque tranantes, tum ex annuis inter Russos Tartarosque, illarum beneficio utentes, commerciis. Sed tutissimum, pleniore altio-

ioreque mari decurrere, & Septemtrio-
liora Novæ Zemblæ littora circumna-
gare ad LXXXII, aut circiter, altitudinis
adum. Difficile hoc? tentetur modo.
on obstabunt Tenebræ; nam ut noctes
i longæ, sic longi etiam, & ex multis
ompacti diebus dies: non Glacies, quæ
n alto & vasto mari rarior, & prorsus ex
roximis littoribus adventitia: non Fri-
us, quod eo loci deprehensum mitius,
uam gradu LXXVI, & circiter; intendi
uetum & augeri non ob Poli vicinita-
tem, sed nunc in his nunc illis locis ob
glaciei, terris vel adhærentis vel abscissæ
& cum marinis aquis mistæ, copiam:
non Vada, non Syrtes; omnia enim alta
& profunda docuerunt promissæ passim
ab Navarchis nostris ad fundum lineæ:
non Venti, qui, ut alibi, sic iis in locis
nunc adversi nunc ferentes; nisi quod,
quam alibi, vehementiores; Sol enim in-
de remotior vapores non facile consu-
mit, sed magis eos elevans ventis præbet
alimenta: non denique molestiam conci-
liabit iter longum; quum enim sub Ae-
quinoctiali Longitudinis gradui tribuan-
tur XV. milliaria, & progrediundo vel Me-
ridiem vel Septemtrionem versus semper
minus, adeo ut loco, quem dixi, in gradū
tantum tria computentur; quum item
Promontorium Tabinum sit ex Veterum
mente

mente gradu Longitudinis CLXXII; [s]equitur paullo minus ducentis esse ab No-va Zembla usque ad Promontorium, cu-jus facta mihi mentio, milliaribus; quæ ferente vento confici possent paucorum dierum spacio; accedente Russorum rela-tione, qui quintiduanum iter adserunt a Freto Nassovio vel Vaigatio usq; ad Pro-montorium quoddam, quod non nomi-nant, Tabinum proculdubio; & inde om-nia vergere in Meridiem. Sed hæc suffi-ciant; & putidi sit ingenii, cui æmulatio-ne dignus censeri solet in subeundis Na-vigationum periculis Aglas Areas; quem, ut legitur apud veterem Iuvenalis Com-mentatorem ad Satyram XIV, Apollinis, quum rogaretur quis fidem veræ Felicita-tis implesset, Oraculum declaravit Felicis-simum; ut qui numquam patrium agel-lum excesserat. Ita tamen huic studio in-dulgendum; ne caussa Navigationis περι-ηγηματικὴ videatur esse Auri sacra fa-mes; neve verum sit, quod ait Plinius lib. XXII. natur. histor. *Mare navigare coegit Avaritia*; & Sophoclis illud in Scyriis;

Οἱ πονθυαῦται τῶν ταλαιπώρων
βροτῶν,
Οἷς οὔτε δαίμων, οὔτε τις θεῶν νέμων,
Πλούτου ποτ' ἂν νείμειαν ἀξίαν
χάριν,

Αεπ-

Λεπτῆς ἐπιῤῥοπῆσιν ἐμπολαῖς μα-
κρὰς
Ἀεὶ παραῤῥίπτοντες οἱ πολύφθοροι.
Ἧς ὡς ἂν ἢ κέρδαινον, ἢ διώλεσαν.

Necnon Alexidis in Commorientibus :

Ὅστις διαπλεῖ θάλασσαν, ἢ με-
λαγχολᾷ,
Ἢ πτωχός ἐστιν, ἢ θανατᾷ. τούτων
τριῶν,
Ἑνὸς τ' ἀποτυχεῖν τοὐλάχιστον οὐκ ἔνι.

Alioquin , ut elegantur Euripides in Phi-
loctete ;

Μακάριος ὅστις εὐτυχῶν οἴκοι
μένει,
Ἐν γῇ δ' ὁ φόρτος, κ' οὐ πάλιν ναυ-
τίλλεται.

Porro Navigationes qualescunq; con-
ficimus beneficio Navium ; quarum , ut
Veteres eas habuerunt, appellationes ex-
stant cum apud Nonium, Festum & alios,
tum apud Agellium lib. x. noct. Attic.
capit. xxv. Plene autem de iis Lazarus
Bayfius Iurisconsultus libro de re Navali,
& Lilius Gregorius Gyraldus de Navigiis;
qui multa lectu dignissima de hac materia
collegerunt. Navium partes (præter quæ
ornant, ut Acroteria , Tutela , Aplustria,
& id genus alia) sunt vel Principales, puta
ex quibus confiunt , ut Carina , Prora,
Puppis, Tabulata, & similes; vel Adjuvan-
tes , in quîs primum ducunt agmen Ma-
lus,

lus, Antenna, Vela, quæ vere *Navtu-alæ, linum* ut elegantur Cassiodorus libr. v. Variarum, *volatile, quidam spiriti currentium carinarum, prænuncia merc-cium, auxilia quieta Nautarum, quorum beneficio conficiunt ociosi, quod à celerrimis avibus vix probatur impleri.* Velorum tria genera facit Pollux, & ex eo Isidorus, *Acation, Epidromon, Dolona.*

Ne vero Vela vento gravida & turgentia Naves quovis pro libitu quasi abripiant, opus fuit Clavo; cujus in alto pelago Magistra & fidelis Monitrix, *Acus marina*, punctorum altero Magnete (qui & Σιδηρῖτις & Ἡρακλεῖος λίθος, ut notat Plinius lib. hist. XXXVI. cap. XVI.) temperata; & Pyxide (ne ab aëre, vento, aliove incommodo, præsertim autem allio, cum quo summa illi discordia, infestetur) ad æquilibrium libere imposita. Inventor ejus avorum nostrorum memoria Flavius Melfius Neapolitanus; vir sane vel ob hoc unum beneficium omni immortalitate dignissimus. Temperatur autem alterum Acus Punctum Magnete in eum finem, ut veram poli Arctici stationem, tamquam indice, perpetuo monstret. Sic enim adfrictum sequace quadam virtute semper eo se convertit; quocumque loco; die noctuque; cœlo & sereno & turbido; sive Stellæ appareant, seu minus.

Qua

ua vero fiat hoc ratione, ingenio hu-
ano cenſetur obſcurum. Nam Magne-
ros ſub Arctico polo montes imaginen-
r, & attractionem inde fieri conten-
int, quibus cerebrum alibi, quam in ca-
te. Si Acus hoc modo temperata partes
bis Magnete abundantes naturaliter re-
iceret; potius apud nos in oppoſitam
rctico plagam ſe converteret; quum
agnetis copia major in Hiſpania & Ilua
icina Corſicæ Inſula, quam in Septem-
rionalibus locis; quumque præſtantiſſi-
nus & efficaciſſimæ potentiæ Magnes
eperiatur in Æthiopia maxime com-
nendari ſolitus, qui ad cœruleum colo-
em inclinat, qualis ibi in Zimiri arenoſa
regione; legendi Dioſcorides lib. v. &
Plinius, loco quem indicavi. Ἀῤῥήτῳ tri-
buendum hoc ἰδιότητι, & ſecretę cuidam
συμπαθείᾳ: quæ Magneti cum plaga
Septemtrionali & Polo Arctico. Pachy-
merius ἐν περιλελεγμένοις εἰς φιλοσο-
φίαν: πῶς inquit, συμπαθεῖ (ſic enim
emendandum ibi, expuncta contrariæ no-
tionis voce) μαγνῆτις τῷ τῆς Ἑλίκης
ἄστρῳ. Punctum igitur Acus Marinæ, Ma-
gnete tactum, verſus Polum trahitur. Quid
autem ſit, quod Magnes (cui hanc ob cauſ-
ſam natura ſenſum manuſq; quaſi videtur
dediſſe) ferrum, cujus alioquin indomita
fere & pugnax natura, trahat; quique

propius admotum hoc ab illo contineatur, & quodam velut complexu cohæreat; serram inter se reciprocrant Philosophi. Anaxagoras Magnetem facit animatum; Aristoteles περὶ ψυχῆς α, τὸν λίθον, ait, ψυχὴν ἔχειν, ὅτι τὸν σίδηρον κινεῖ; Galenus περὶ στοιχ. β, φυσικὴν δύναμιν ἑλκτικὴν hic agnoscit; Clemens Alexandrinus fieri hoc censet, διὰ συγγένειαν; Gregorius, ἀῤῥήτῳ τῇ φύσεως βίᾳ; Cecropis absolute dicit, τὴν μαγνῆτιν ἐρᾶν τοῦ σιδήρου Epicurus suis Atomis, velut uncis hoc adscribit; alii Philosophi, ἀποῤῥοίαις πνευματώδεσι: quæ omnia latius apud Plutatchum: Sunt &, inter quos Lucretius lib. VI, qui Magnetem ferrum appetere volunt, tamquam cibum, quo vitam sustentet & vires renovet; eoque modo lapides omnes vivere. quas opiniones refutare nõ hujus est loci.

Vt historiam Maris absolvam; Arenæ, quę illi congenita, numerus infinitus, non re ipsa, sed nostra ignoratione. Quis enim numerabit, licet in se finitam numeroque circumscriptam? ut vere Archimedes in Psammit. Saniores Philosophi, ne absoluta quidem Dei potentia infinitam quantitatem, sive continuam, sive discretam, dari posse censent. Addo hic obiter Virgilium lib. x. Æneid. ex interpretatione Servii, *Dorsum* appellare duriorem Arenam,

n, quæ reciproco fluctuum meatu
ſata, & inſtar ſaxi durata: idque ab
utis vulgo *Pulvinum* vocari: Noſtri
e-*banck* nominant, & triplicem illi ſta-
int ordinem.
Iam vero Arenaceæ, quas in Littoribus
ſſim contra Maris furias & Vndarum
curſiones, eſt videre, moles; an ab hu-
ana ſint arte & induſtria, an vero à Na-
ra; quæſtionis eſt. Prior mens non pau-
s, iiſque in rerum antiquarum cognitio-
verſatiſſimis: qui ſuccreviſſe Majorum
vo illam Arenarum vim ſatione caricis
lunt; non ſine monitore Deo. Placet
ihi magis poſterior ſententia. Non enim
deo, quorum arte Montes tales ſurrexe-
nt contra Maris impetum in Littoribus,
uæ nulla noverunt hominum commer-
ia, quibuſque nulla caricis ſatio: eſſe au-
em ibi, docent nos variorum Navigatio-
es: non item video, quur, cum apud nos
um alios populos, hujuſmodi longi mul-
iplicesque Montium arenaceorum ordi-
es, ubi exiguum; nulli interim, ubi peri-
ulum hodie maximum. Itane præſtan-
iſſima moles has moliendi ſcientia nobis
periit, ut jam immaniſſimis ſumtibus ag-
geres terreos, palis valide inter ſe confi-
bulatis firmatos, ſaxiſque & alia materie
ſaburratos, cogamur objicere Maris furo-
ibus? eoſque corruptos, exeſos, hauſtos
 ſæpe

ſæpe & abſumtos, ſine intermiſſione re-ficere & mille modis corroborare? præ-ſertim qua parte ad tria paſſuum milli Charybdis Scyllæque inſtar nobis Canin Silva, vulgo *Thonts-boſch:* quem locum horriſonus murmurantis maris fremitu & triſtes undarum fragores perpetuis qua-ſi latratibus longe lateque circumſonant continuatiſque nullo non tempore adſul-tibus tundunt, convellunt, diſſipant: cum ſummo ſæpe totius Regionis & Incola-rum diſcrimine. Et ſane, ne procul à pa-tria diſcedam, ſi ingenioſa noſtrorum Avorum induſtria ſuccreverint nuper iſti Colles, unde quæſo denominatio illorum Ptolemæi tempore in Germaniarum Ca-pite, Lugduno? cujus poſteriori parte Ety-mon ab Arenaceis iſtis Tumulis, quos Græcum Idioma (cujus tam ſtudioſi Ma-jores noſtri ſemper fuerunt; ut, præter alia, infinitos habeamus hodieque ab Do-ribus Infinitivos; quod docere plenius, alius erit temporis) Θῖνας, Heſychio & Hieronymo in cap. IX. Ieſchah. & aliis notantibus, vocare ſolet.

Iam hoc loco recenſere Piſces, quibus in Mari ſedes ſunt adtributæ, infinitum eſſet. Paucula dicam. Primum quidem, falſum eſſe, quod nonnulli volunt, totum Piſcium genus eſſe Oviparum; nec ulla ex parte Viviparum. Piſces lego Viviparos,

qui

i Pilosi, quique Cartilaginei. De Pilo-
testatur Aristoteles lib. III. de historia
nimalium; ubi tradit, pilos habere quæ
vipara sunt; ideoque Vitulum-Mari-
um parere Animal. habere enim Mam-
as & Lac, perfectumque generare Fœ-
um, idem scribit lib. I. ejusdem histo-
æ; & lib. VI. egressum in terram eniti,
on secus ac homo, omni tempore, singu-
os, aut geminos, plurimum etiam tres,
n littore, ut terrestre; mammis, quas ge-
minas habet, educare prolem, moreque
quadrupedum lac reddere, eamdemque
circa duodecimum à partu diem in mare
deducere. Plinius lib. IX. natur. histor.
cap. XIII. *Quæ pilo vestiuntur*, inquit,
*Animal pariunt, ut Pristis, Balæna, Vi-
tulus*. De Cartilagineis idem Plinius ejus-
dem libri cap. LI: *Torpedo octogenos fœtus
habens invenitur; eaque intra se parit ova
præmollia, in alium locum uteri transfe-
rens atque ibi excludens. Simili modo om-
nia quæ Cartilaginea appellavimus. Ita
fit, ut sola Piscium & Animal pariant, &
ova concipiant.* Basilius etiā Homilia VII.
in Genesin duo facit Pisciū Viviparorum
genera, Cartilaginata scilicet, & Cetaria.
nt sunt, inquit, *Delphini & Vitulus mari-
nus*. Hoc primum esto. Alterum æque
falsum esse, quod suis scriptis mandat
Basilius, cujus jam memini, Homilia in

 Gene-

Genesin VIII, Pisces Memoria carere. Contrarium docet Experientia; & repugnat Ratio, qua probatur, quibuscumque Animantibus datus est Motus localis, qui necessaria vitæ quærerent & compararent, necessariam talibus fuisse Memoriam, ne motum vagum incertumque agerent. Vt merito Basilium refutarit Augustinus lib. III. de Genesi ad litteram, capite VIII. Tertium, uberiorem multo & copiosiorem esse Piscium generationem, quam ceterorum animalium. Indicium, ingens ovorum, quæ in iis, copia. Et sic voluisse Deum, innuit haud obscure Spiritus Sanctus apud Moschen in Genes. I. usus in Piscium creatione verbo שרץ, quod *producere in multitudine & maxima copia*; *Producant*, inquit Deus ישרצו, *Aquæ Reptile animæ viventis*; addita paullo post benedictione *ut crescerent & multiplicarentur*: Thargum vertit per רחש, quod nihil aliud, quam *eructare*, *ebullire*, *scatere*. Celebrat & Propheta Rex Psalmo CIV. vers. 25. *Mare Magnum & spaciosum; ubi Reptilia, quorum non est numerus.* Quartum, Multiformiora, quę in Humore gignuntur, esse, scribente Aristotele lib. III. de generat. Animalium cap. XI. quam quæ in Terra. Humori enim naturam esse ad effingendum efformandumq; habiliorem, quam Terræ.

errae. Confirmat & Plinius lib. IX. nat.
ist. cap. II. qui quum notasset, quae in
quis plura esse & majora terrestribus,
dscribit: *Caussa evidens est, humoris Lu-*
uria: pleraque etiam Monstrifica repe-
iuntur perplexis, & in semet aliter atque
aliter nunc flatu, nunc fluctu convolutis
seminibus atque principiis; ut vera fiet
Vulgi opinio, Quidquid nascatur in parte
Naturae ulla, & in Mari esse; praeterque
multa, quae nusquam alibi. Nusquam au-
tem in formis Piscium variandis Natura
magis deprehenditur ludere, (hac utar
voce) quam in Arctoum Mari. Visitur ibi
ab Navigantibus Hyaena, sive Porcus ma-
rinus; animal sane monstrosissimum:
Ziphius, Bubonis habens caput, horro-
rem spectantibus incutiens: Equus mari-
nus, quem Islandi *Hroshvvalur* vocant,
jubatus: exitium Piscatoribus adferens:
Bos marinus, Islandis *Seenaut*, colore ci-
nericeo; egressus aliquando mari in vi-
cino littore pascitur; naso folliculus ad-
haeret, cujus beneficio in aquis vivit; eo
rupto, aliis bobus se non invitus conjun-
git: Vitulus denique, *Rostonger* eidem
genti: quem gradi scribunt in maris pro-
fundo pedibus quatuor, sed brevissimis;
pellemque habere durissimam, & quae vix
ullis ictibus potest perforari. Batavi etiam
nuper Arctoum pelagus sulcantes, prope

Insulas, quas, gradu altitudinis LXXVII, ad Septemtrionaliora Novæ Zemblæ sitas, Orangias appellarunt, in arenam descendere & dimicare fuerunt coacti contra Belluas marinas; quæ vasto corpore bovisq; magnitudinem excedentes, *VValrusschen* vulgo dicuntur; os habent leonina specie, pellem villosiorem, quatuor pedes, duos dentes ex parte oris superna prominentes, planos, duros, candentes, ut Elephantinis precio non cedant. Quintum, prodigiosiores Animalium moles in mari esse, quàm in terra, dubitationem omnem tollunt Balænæ; quas Basilius & Theodoretus scribunt, quum dorsa super aquas efferunt, speciem ingentis insulæ præbere. Docet etiam Plinius lib. IX. natur. histor. cap. XXX. Balænas maris Indici quaternum jugerum esse; Pristes ducenum cubitorum; Anguillas trecenum pedum. Idem lib. XXXII, cap. I. Iubam laudat Regem Mauritaniæ, in voluminibus ad C. Cæsarem Augusti F. notantem, Cetos sexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum sexaginta latitudinis, in Arabicum sinum intrare: cum quibus si committantur qui anno CIↃ IↃLXXVIII, & non ita pridem iterum, in nostra littora Pisces ejecti, molis sane censendi erunt exiguæ. Strabo libro XVI. Chelonophagos ait Testudinum marinarum testis

tegi;

gi; adeoque eas esse magnas, ut vel in
: navigent. Adstipulantur Plinius &
olinus. Ille lib. IX. cap. X: *Testudines*
mæ magnitudinis Indicum mare emit-
, ut singularum superficies habitabiles
isas integant; atque inter insulas Ru-
ri præcipue maris navigent his cimbis.
Hic cap. Polyhistoris LVI; *Maria quo-*
ue piscationibus inquietant, marinasque
Testudines capere gaudent; quarum tan-
a est magnitudo, ut superficies earum
lomos faciat, & numerosam familiam
non arcte receptet. Aristoteles Magni-
tudinis Piscium caussam refert ad Re-
gionum situs diversasque locorum indo-
les & ingenia. Addo hic Philosophos
tradere littoralibus hominibus, qui mari
adcolæ crebrius Piscibus vescuntur, cor-
pora plerumque esse excelsiora; contra
qui sicca sibi & à mari remota loca le-
gerunt, minora esse & depressiora. Hæc
sufficiant. Nam apud alios alia. Aristo-
teles quinque Piscium genera ponit,
lib. III. de Histor. Animalium cap. I.
Σέλαχον, Ἀσέλαχον, μαλακὸν, μαλα-
κόστρακον, & ὀστρακόδερμον. Plinius lib.
IX, cap. XIIII. Piscium Species inquit esse
LXXIV, præter crustis intecta, quorum
XXX. species: Isidorus lib. XII, Etymolog.
cap. VI. cunctorum Aquatilium Species
numerat CXLIV. Nos Navigationum
 hus

huc illuc beneficio multo plura, & fer
dixerim infinita, novimus. Maria Reci-
procantia, de quibus hactenus universim,
vel Extima Terrarum amplectuntur, ve
Interiora ingrediuntur. Prioris classis
Oceanus; posterioris Maria sunt Interna.

CAP. II.

De Oceano.

OCEANUS proprie universa illa marinarum Aquarum moles, quæ extimas principum Terræ partium oras amplectitur. Inde Iuno apud Homerum Iliados ξ. Oceanum visura, petere primo scribitur

—— πολυφόρβου πείρατα γαίης.

Hoc de eo potius, ut exploratissimum, non à nobis solum, sed & à Priscis dicendum erat; quam quod orbem ambiat, si de Ambitu intellexerint perfecto, quem, ut nos scimus, illi nescierunt. Nam versus Meridiem Oceanum Terram circumire per Fretum Magellanicum inter Africæ, Asiæ, Americæque Australiora, & lata Terræ adhuc incognitæ littora, docuerunt nos nuperæ cum Lusitanorum, tum Anglorum Navigationes. An autem idem possit Oceanus Septemtrionem versus, adhuc ignoratur. Certe si liceat; duplici Aquarum fascia duo vastissimorum marium

ium annuli & coronæ inter se quasi col-
gantur; una quidem inter Europæ Afri-
æq; Occidentalia, Americæ vero Orien-
alia; altera inter hujus Occidentalia, Asiæ
vero Orientalia. Quamvis verum illum
circuitum ignorarint Veteres, ausi tamen
fuerunt multa de ambiente Terram Ocea-
no scribere; potius quod sic ex communi
quadam hominum opinione suspicaren-
tur, quam quod ipsa re & experientia co-
gnitum id haberent. Legendi Aristoteles
de Mundo ad Alexandrum, Q. Cæcilius
Metellus, & Cornelius Nepos apud Pom-
ponium Melam lib. III. cap. V. Strabo
lib. I. Geograph. non recte citans isti sen-
tentiæ stabiliendæ Homerum; & alii.
Præivit ad hanc opinionem omnibus Or-
pheus in Hymnis:

Ὠκεανὸν καλέω πατέρ' ἄφθιτον αἰὲν ἐόντα
Ἀθανάτων τε θεῶν γένεσιν, θνητῶν τ' ἀνθρώπων,
Ὃς περικυμαίνει γαίης περὶ τέρμονα κύκλον:
Ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα.

Sic Dionysius Afer.

—— Ὠκεανὸς περιδέδρομε γαῖαν ἅπασαν.

Manilius lib. IV. Astronom.

Ipsa natat Tellus Pelagi lustrata corona,
Cingen-

Cingentis medium liquidis amplexibus orbem.

Seneca in Oedipo in fine Chori Actus II.

Lucida dum current annosi Sidera Mundi,
Oceanus clausum dum fluctibus ambiet Orbem.

Oceanus quod cõplexu suo videatur Tellurem continere, Cyrillo *Terræ involucrum* dicitur; nonnullis *Mundi Baltheus.*

Dictus autem Oceanus, Solino cap. Polyhist. XXVI. Isidoro lib. XIII. Originum: cap. XV. & aliis, ab ὠκὺς, quod sit citus; vel, ut idem Isidorus à quo nescio Scriptore, quasi κυάνεος, à purpureo colore; quo, ut Cœlum nitere nonnullis putatur. Negat Herodotus lib. II. & IV. Oceanum; non quod mare nullum arbitretur, sed quod tum temporis nomen, nondum satis notum, parum probaret.

Oceano passim nomen ab variis, quas adluit & amplectitur, Orbis Terrarum partibus. Adeundi præter alios Solinus cap. XXVI, & Isidorus ejus Exscriptor lib. XIII. cap. XV. Nam qui citra Aequinoctialem inter Europam Africamque & Americam, *Septemtrionalis*; qui vero ultra, inter Africam & Americam, *Australis*; qui Americam inter & Moluccas Insulas, *Occidentalis* (*Pacificum* hodie vocant: quod non ita ut reliqua, exagitatur; aliis

liis *Mar del Sur* nuncupatur) qui denique secus Sinarum littora, inter Moluccas & Africæ Orientalia, *Orientalis* vel *Eous* commode potest indigetari.

Septemtrionali varia à proximis Regionibus nomina: *Atlanticus*, *Gaditanus*, *Hispanicus*, *Ibericus*, *Cantabricus*, *Aquitanicus*, *Gallicus*, *Britannicus*, *Caledonius*, *Germanicus*, *Cimbricus*, *Arctous*, *Petzorke*, *Sarmaticus*, *Tartaricus*, *Scythicus*, qui & *Barbaricus* Orosio lib. I. c. II, qui, ut & Plinius lib. VI. Pomponius Mela lib. I. quique paullo ante laudati, non obscure innuunt, Veteribus plerorum appellationes non fuisse ignotas.

In *Australi* est *Æthiopicus*.

In *Occidentali*, *Magellanicus* & *Peruvianus*.

In *Orientali*, denique *Sinensis* & *Mare Rubrum* vel *Erythræum*.

Alio modo admodum confuse, & (liceat illud in hac arena de Viro alioquin magno dicere) imperite dividit Albertus Magnus de Natur. Locor. distinct. III, cap. I. & sequente. De nonnullis autem horum specialius quædam occurrunt notanda.

Atlantici latissima priscis temporibus fuit appellatio. Strabo scribit Indiam desinere ad mare Orientale & ad Austrinum, Atlantici patrem: vult idem Australe

& Orien.

& Orientale latus in Atlanticum pelagus procurrere; aït & alio loco Atlanticum mare in ſe coire. Quod magis teſtatur Suidas, omnia Maria innavigabilia, *Atlantica* Veteribus vocari ſolita. M. autem Tullius in Somn. Scipionis, omnem Terram, quæ ab Europæis colitur, Atlantico Mari (qui Oceanus appellatur) tradit circumfundi. Novit denique Herodotus duo tantum Maris univerſi nomina, ſcribens Atlanticum, Rubrum, & totũ illud quod Græci navigant, unum eſſe; Caſpium alterum: ut non immerito Zoſimus ex Vetere proculdubio Scriptore Rhenũ fluvium in Atlanticum mare notet ſe exonerare.

Quod ad *Britannicum*, docet Plinius lib. IV. cap. XVI. omnes olim Europæ in Septemtrionali Oceano Inſulas *Britannicas* fuiſſe appellatas, idque nomen poſtea inter eas omnes maximæ, quæ prius *Albion* dicebatur, relictum; hinc Oceanum ibi longe lateque ab Inſulis tam multis nomen habuiſſe. Hodie *Britannicus* Oceanus proprie, qui Galliam inter & Angliam; Nautis Noſtratibus *Canale*, *Manche* Gallis, Anglis *Sleife*.

Caledonius (ut ab Valerio Flacco vocatur; Δουηκαληδόνιος Ptolemæo, hodie *Scoticus*) à Caledoniis Scotiæ olim populis, qui Silvam habebant Caledoniam, dictus.

Mare

Mare *Arctoum* appello, quod in sub-
ctis Arctico polo locis: *Glaciale* non-
illi volunt & vocant ab glacie, cujus ex
lcioribus fluviorum aquis concretæ, &
ısu temporis calore Solis abruptæ vio-
nter Terris, immensa fragmina in ejus
perficie ita fluitant, ut mobilium Insu-
rum inter se concursantium speciem
ræbeant. Nam adstrictum esse ibi ipsum
Mare, facilius dicitur, quam probatur: &
em sequius se habere, nobis jam innotuit
Variorum in eas Oceani partes Naviga-
tionibus; ut supra etiam dixi. Qua Rus-
siam attingit, Indigenę vocant *Myrmans-
koi more*, quasi *Danicum* & *Norvegicum*
Mare: Danos enim illi & Norvegos
Movvremans appellant.

Scythicum Mare notat Plinius lib. VI.
haustu dulce esse; Sale nimirum influen-
tium amnium magnitudine superato. De
Caspio (quod Scythici partem facit ibidem
auctor, non ubique bonæ fidei) vero si-
militer hoc dici potest, non de Oceano
Scythico: quod tamen, ne quid dissimu-
lem, ut & reliqua Septemtrionalia, mino-
ris Salsedinis, quam quę versus Meridiem.
Quum enim, ut alibi me monere memi-
ni, Caussa Salsedinis in Mari sit adustum
quoddam terrestre undis admistũ, quan-
do ab ejus summo Vapores dulces vi So-
lis elevantur; non potest quin, quum de-
bilior

bilior sit radiorum Solis in Septemtrionalibus reflexio, & infirmior elevatorum resolutio, partiumque dulcium consumtio, etiam minor sit Salsedo. Notat Albertus Magnus de nat. locor. dist. I. cap. IIII, generatim Aquam Oceani in summo dulciorem esse propter Aëris; in infimo turbulentam & salsam propter Terræ admistionem; in medio insipidam.

Mare *Rubrum*, ut Latini vocant, totum illud quod inter Africæ Orientaliora & Taprobanem Insulam, quæ hodie *Sumatra*. Rubrum dixerunt; alii Solis repercussu talem reddi colorem existimantes, quidam ab Arena Terraque, nonnulli, tali ipsius Aquæ natura, alii aliunde: ut notat Strabo lib. XVI, Plinius lib. VI, cap. XXIII. Nugas, quæ de rubra Aqua finguntur, testantur qui navigarunt. Recte Curtius lib. VIIII. *Mare certe, quo adluitur, ne colore quidem abhorret à ceteris, ab Erythro rege inditum est nomen, propter quod ignari rubere Aquas credunt.* Sileant igitur, qui fuco nobis hic mentiuntur colores; Regem cum antiquis Scriptoribus agnoscant, qui ad hoc Mare regnasse perhibetur, à quo Græcis Ἐρυθραῖον, &, notante Pomponio Mela, ἐρύθρα θάλασσα. Partes ejus principes, *Persicum*, qua Persis propius; *Arabicum*, qua radit Arabiam, ut volunt Herodotus lib. IIII,

& Pom-

onius lib. III. Non hic loquor de inter-
is Persico & Arabico; quæ sequenti ca-
ite dabuntur. Vtrumque tamen Arabi-
um, & quod Internum & quod Arabiæ
elicis exteriora lavat, est exaudiendum
pud Strabonem lib. ult. ubi, frequentissi-
mis ejus ad Indos & Troglodytas navi-
gationibus adeo vectigal Ægypti Regibus
auctum, est auctor, ut Auletæ, Cleopa-
træ parenti, annua talenta duodecies mil-
lena & quinquaginta obvenirent. Illud
etiam monendum, hoc Mare, qua Per-
siam & Arabiam perfundit, *Azanium*
Plinio nominari lib. VI. cap. XXIV. Sunt
& aliæ Maris Rubri partes; *Æthiopi-
cum* Dionysio, qua Æthiopiam; *Indi-
cum* Plinio, Melæ, Orosio, qua Indiam
adluit. Lusitanis *Mar di India*. Latissimum
igitur Mare Rubrum: ut recte Seneca in
Troadib. Act. I. scripserit, Tigrim ruben-
ti freto misceri, & Eustathius Indiam ad
idem pertingere; immerito eam ob caus-
sam reprehensi; hic ab Gulandino in suo
de Papiro opere, ille ab Antonio Delrio
in suo ad doctissimum Poëtam Com-
mentatio. De Marinis his Monstris Ru-
fus eleganter in Periegesi ex Dionysio:

——*fervent Erythræi marmora Ponti*
Tota feris: hæc, ut rigidi juga maxima
montes

Nubibus attollunt, latus omne & terga tumescunt;
Instar in his rupis spinæ tenor arduus adstat,
Molibus in celsis scrupus quoque creber inhorret.
At ne quis rapidi subvectus gurgitis unda,
Hæc in terga salis lembum contorqueat umquam,
Aut se Monstrigenis, hostem licet, inferat æstus
Fluctibus, immodice late patet oris hiatus.
Quippe feris antro panduntur guttura vasto,
Protinus hæc ipsas absorbent fauce carinas;
Involvuntque simul mox Monstra vorantia nautas.

Hinc & Pomponius lib. III. Profundum notat hoc Mare & Magnorum Animalium magis, quam cetera, capax.

CAP. VII.

De Internis Maribus, & primo de Mediterraneo.

INterna Maria vocari lego, commissis inter se bonorum Auctorum verbis, quæ ex va-

x vasto Oceano per Freta, non uno loco,
Terrarum penitiora ingrediuntur.

Inter hæc principis loci, quod per Fre-
um Herculeum infunditur: procurrens
nter Europam Asiamque minorem, si-
nistras; & Africam dextram; ac Occi-
dente in Orientem, ad oras usque Syriæ.
Hinc κατ' ἐξοχὴν *Mediterraneum* dici-
tur; quod Terram, cognitam tunc tem-
poris, quo appellationem hanc nactum,
mediam quasi secaret; ut videre est apud
Isidorum lib. XIII. Orig. cap. XVI. τὴν
εἴσω θάλασσαν nominant Græci apud
Sallustium lib. I. Historiarum: cui, mul-
tisque aliis Scriptoribus; qui ad Mare illud
cum alibi, tum in Italia floruerunt, *No-
strum* nuncupatur; ut disertim notant
Pomponius Mela lib. I. c. I, & Oros. l. I.
c. II. Ἑσπέριον Eustathio ab Hesperia;
quo nomine nota quondam, ut alibi do-
cebo, Hispania, Italia & Libya, quibus
interfluit. *Africanum* Luitprando Tici-
nensi, ubi Ianuensem urbem ad mare
Africanum constitutam scribit; *Tyrrhe-
num* Orosio: συνεκδοχικῶς pro toto
partem accipientibus, *Mar di Levante*
vocant Hispani; quibus ut Oceanus Oc-
cidentem, hoc Orientem est versus. Au-
gustissimum vero Cognomen ejus *Ma-
gnum*: vel quod nullum majus ejus adco-
læ nossent, Oceanum pauciens ingressi;

 vel

vel quod nullum Internorum majus, ut videtur velle Isidorus lib. XIII, cap. quod dixi; vel in quo & alia, ut postea etiam patebit, Maria, indicante Servio ad libr. III. Æneidos; vel denique quod omnes plagas terrasque medias interlueret, ut Orosius lib. I. cap. II. signans simul etymon Mediterranei. Hoc sane nomine celebratur non solum apud Latinos, quorum verba, ne hic repetam, laudo ad XVII. Annalium Ennii; verum etiam passim in sacris Litteris, præsertim Numerorum c. XXXIV, vers. 6. & seq. *Et terminus Maris erit vobis Mare Magnum* הים הגדול *& terminus iste erit vobis terminus Maris. Iste erit vobis terminus absconditi* (צפון *Aquilonaris*) *à Mari Magno describetis vobis Hor montem.* & aliis eodem capite locis Iehosuah. cap. decimoquinto, vers. 47. *Asdod, filiæ ejus & villæ ejus: Hazzab filiæ ejus & villæ ejus usque ad torrentem Ægypti & Mare Magnum* (הים הגדול; legitur & הגבול, *Mare termini*) *& terminum.* Propheta Rex Psal. CIV. vers. 25: *Hoc Mare Magnum* (הים גדול) *latum manibus; ibi Reptile & non numerus.* Itali hodieque angustam hanc appellationem retinent angustiore loco, in parte Maris Ionii, qua sinus est Tarentinus, quem *Mar grande* vocitant.

Oceanus igitur, ab Occasu Solis per Fre-

Fretum Gaditanum gremia Terrarum
irrumpens, limen aperit, ut Solini verbis
utar, Interni Æquoris, quod Mediterraneum dixi; cui progressus & longe lateque
diffusus, ut loquitur Pomponius Mela,
vasteque sedentia littora abigens, Majores
considerans partes, Ægyptum dat Asiæ,
Gallicum Europæ, Africum Libyæ; Minores autem intuens & partes quasi partium (verba sunt Solini, & ex eo Isidori)
varia à Provinciis, Insulis, Populis &
aliunde (quod & notat Servius ad III.
Æneid.) indit nomina; ut videre est apud
Manilium lib. IV. Astronomic. Solinum
Polyhistor. cap. XXVI, & Isidorum libr.
XIII, cap. XVI; quos semel hic, ne passim in sequentibus cogar, laudo.

Ibericum Mare vocatur ab Iberia, sic
enim olim Hispaniam appellabant.

Balearicum; qua insulas circumluit
Balearicas, Majorem Minoremque; *Majorca* & *Menorca* hodie.

Gallicum speciatim, qua Narbonensem
Galliam attingit, Solino; inter Baleares
Insulas & Sardiniam, Orosio.

Ligusticum; qua Liguriam lambit,
juxta Genuam, inquit Orosius: hodie
Mar di Lione, Leandro scribente.

Sardoum; à Sardinia: quod, & sequens,
omnium profundissimum docet Aristoteles lib. II. Meteor. ut alias dixi.

Tuscum; à Tuscia Italiæ regione: *Tyrrhenum* Græcis, à Tyrrheno Lydi fratre, vel à Tyrrhenis nautis quos in hoc mare se præcipitasse tradunt Dionysius Afer in Periegesi, Pomponius Mela & Orosius, *Inferum* Latinis, apud Solinum; respectu Hadriatici, quod Superum, ut ex sequentibus patebit, *Liburnum* M. Tullio; improprie: est enim Liburnia Illyridis regio, ad mare Superum. Leandro *Mar Tosco*: *Mer de Marseille* Vincentio Lupano in Tacitum.

Siculum; ab nobilissima Maris hujus Insula, Sicilia, Aristoteli, de Mundo: olim, *Ausonium*, ut notat Strabo lib. 11. Siculi suam *θάλασσαν* vocabant *γλυκεῖαν*, dulcem; quum Maria plurimum salsa; Iocantes, non *ἀληθινολόγοι*; propter dulces cibos, qui hoc mari ipsis advehebantur; qua de re videndus Eustathius, Athenæi ibi transscriptor.

Argolicum; quod ad Peloponnesum Ptolemæo; hodie, ut vult Nicolaus Sophianus, *Golfo de Napoli*; vix potest.

Corinthium; à Corintho, florentissima quomdam Peloponnesi urbe, ut scribit Solinus. *Alcyonium* mare, Straboni: *Golfo de Patras*, Sophiano: *Ripa d'Ostria*, Nautis, ut notat Dominicus Marius Niger.

Creticum ; ab Creta : hodie *Mar di* *Candia.*

Carpathium ; ab Insula Carpatho, quæ ad Orientale Cretæ promontorium.

Pamphylium ; à Pamphylia Asiæ Minoris regione. Emendandus hic Solinus, cap. XXVI.

Cyprium ; ab Insula maris Mediterranei famosissima.

Asiaticum ; Solino ab Asia, sive Minor illa sit exaudienda ; quam Propriam vocabant Veteres ; sive Major.

Syrium; ab Syria, florentissima quondam Majoris Asiæ parte, quam in quinque portiones dividit Eustathius, cujusque undecim numerat nominatque regiones Plinius :

A quarum una Phœnice, *Phœnicium*, apud Solinum ;

Ab urbe vero Phœniciæ celeberrima, & orbis olim Emporio ; Tyro ; *Tyrium* apud eundem.

Eadem hæc Aquarum Internarum moles, sui Cursus fere medio, versus Circium inter extrema Italiæ & Epirum provoluta, *Ionium* vocatur ab Ionia, quam regiunculam in ultimis Italiæ oris facit Solinus ; vel ab Ionio Illuriorum Rege, ejus, à quo Hadria urbs condita fertur, filio, scribentibus Theopompo, quem Apollonii Interpres, & Autothepo, quem

Tzetzes ad Lycophronem citant, quibus suffragatur & Solinus in Polyhistore, cujus jam memini, vel ab Ionibus, ut censet Archidamus apud eosdem Interpretes, in trajectu Maris ibi submersis. Fabulas (quamquam & quæ dixi non prorsus ab iis intaminata) puto narrare; qui denominatum volunt ab Ionio, Dyrrachii filio, quem interfectum Hercules eo loci in mare perhibetur dejecisse; ejus mentis Appianus: magis vero, qui ab Io Inachi filia, quæ ex Dodona, ut quidam scriptis audent mandare, profugiens, Mare illud trajecit. Prometheus apud Æschylum:

Χρόνον δὲ τὸν μέλλοντα πόντιος μυχὸς
(Σαφῶς ἐπίστασ') Ἰόνιος κληθήσεται,
Τῆς σῆς πορείας μνῆμα τοῖς πᾶσι βροτοῖς.

Cronium enim & *Rea Sinus* antea dicebatur, ut testantur antiqui Scriptores (inter quos lego & Apollonium) notante in Lycophronem Isacio. Pars ejus *Epiroticum*: ab Epiro, Græciæ regione, florentissimo quondam Pyrrhi regno, apud Servium ad lib. III. Æneid.

Inde versus Corum se fundens, Italiæque lavans superiora, vocatur, *Hadriati-*

cum

m ab Hadria oppido in finibus Piceni,
od, Romanorum olim Colonia, VII.
llibus passuum distat à mari: *Hadria-*
m Lucano, libris de bello Pharsalico:
adrianum, M. Tullio scribenti ad Atti-
m, & oranti contra L. Pisonem: *Ha-*
ia, simpliciter Straboni, Senecæ, Ta-
to, Melæ, aliis: sic Plutarchus in Ca-
illo: Τὴν μὲν γὰρ βόρειον θάλασσαν,
'δρίαν καλοῦσιν ἀπὸ Τυῤῥηνικῆς πό-
εως Ἀ'δρίας: τὴν δὲ πρὸς νότον κεκλι-
θῦσαν, ἄντικρυς, Τυῤῥηνικὸν πέλα-
γος. Sed oppidi inglorii titulum indi-
natus hic Neptunus, nomen exoravit ab
Vrbe magna & potente; dictus hodie
Golfo di Venetia. Superum etiam Lati-
nis; quod, si Inferum (hodie, ut dixi,
Mar Tosco) spectetur, Orientalius; vel,
ut alii, Arctico polo vicinius; ubi pars
Mundi putatur superior. Pertinet huc lo-
cus Crassi apud Ciceronem. lib. III. de
Oratore: *Hæc autem, ut ex Apennino
fluminum, sic ex communi Sapientiæ jugo
doctrinarum facta divortia: ut Philoso-
phi tamquam in Superum mare Ionium
defluerent, Græcum quidem & portuosum:
Oratores autem in Inferum hoc Tuscum &
Barbarum, & scopulosum atque infestum
laberentur; in quo etiam ipse Vlysses erras-
set.* Mare Hadriaticum, ut ventis & tem-
pestatibus obnoxium damnat Horatius
lib.

lib. I. Carmin. Oda XXXIII; & lib. II. Odis III. IX. & XXVII. iracundum, inquietum, atrum faciens; ducemque illi turbidum jungens Africum. Hinc Senec. in Thyeste:

—— sævo rapidus freto
Ventosi tumor Hadriæ.

Pars Hadriatici *Illuricum* ab Illurico, quæ longe lateque patens Geographis Europæ regio; meminit ex quorundam mente Apostolus epistola ad Romanos, caput XV. ubi tamen malim ipsam regionem intelligere. Pars item *Dalmaticum* ab Dalmatia, quæ Illurico conregionalis.

Eadem Aquarum Maris Mediterranei vis ulterius ad Cretam Insulam, torto in Septemtrionem latere, per Orientaliora Græciæ littora & minorem Asiam, anfractibus magnis & vasto recessu, infusa, nobilissimas adlambens Insulas (videndus omnino Ammianus lib. XXII.) *Ægæum* vocatur *Pelagus*. In Etymo nimium quantum variatur. Paucis indicabo, ne vel quid Lector desideret, vel ad potiora properantem hæc talia morentur. Plutarchus in Theseo, Hyginus fabula XLIII, & Festus lib. I. nominatum scribunt ab Ægæo Thesei patre, qui in id se præcipitasse perhibetur: Pherecydes, ab Neptuno, qui & Ægæus: Festus iterum, ab Ægæa Amazonum regina, quam volunt in eo

periisse:

iisse: idem tertium, ut & Varro lib. VI.
LL. ab Insulis, quæ in hoc mari crebræ
ocul adspicientibus specie Caprarum
lentur. Plinius lib. IV. natur. histor.
. XI. quem sequitur Isidorus lib. XIII,
p. XVI. unam Insularum figura Capræ
odit: quæ Homero dicitur Ægas, Ne-
uno sacra, spectris infestior, teste Nico-
ate. Artemidorus dictum censet, à Pro-
iontorio Æolidis, quod Αἶγα nuncu-
abant adcolæ: Ἀκρωτής ἐστι, inquit:
ιολίδος, ἣν Αἶγα οἱ ἐπιχώριοι ὀνο-
ζουσιν. ἀφ' ἧς καὶ τὸ πέλαγος τὴν
οιαύτην ὀνομασίαν περιείληφεν.
plura hujus formæ Promontoria scribit
cholia stes Apollonii in librum I. Solinus
n Polyhistore ab Antandro, Asiæ Mino-
is oppido, Capræ speciem referentem,
vocatum putat: Isacius in Lycophronem
opinatur appellatum, quod Αἰγὸς instar
valde lasciviat fluctibus; alioquin Αἶγας
dicere solent Dores fluctus illos, qui La-
tinis Decumani, Maximi. Sunt denique,
qui derivant ἀπὸ τοῦ Αἰγίζειν: solet enim
naves subvertere, & in brevia vada im-
pellere, auctore Periegete, maxime circa
Cycladas, ubi potissimum naves suetum
adfligere & αἰγίζειν, ut ait Hesych.us.
Hæc de Etymo. Ipsum Mare *Ægon* et-
iam nominatur. Valerius Flaccus lib. I.
Argonautic.

— *quan-*

——— *quanto fremitu se sustu[lit]*
Ægon:

Et lib. IV.

——— *nec tantas quamvis Tyrrheni[s]*
& Ægon
Volvat aquas. ———

Statius Papinius V. Thebaidos;

——— *quas spumifer adsilit Ægon.*

Eidem & *Ægeon* eodem libro:

Diis Pelagi, ventisque & Cycladu[m]
Ægeoni
Amplexo.

Sive Deus ibi marinus sit intelligendus, seu ipsum Mare. Vtriusque enim notionis vox apud Eustathium; cujus hæc: Αἰγαίων ἐπιτεθαμμένως ἐνάλιος θεὸς, καὶ τὸ περὶ τὰς Κυκλάδας πέλαγος. *Mare Græcum* Thucydidi & Polyæno. Europæis hodie *Archipelago*, voce Græca: Turcis *Mare Album*. Romani totum hoc mare duobus nominibus olim appellabant, teste Plinio lib. nat. hist. IV, cap. XI, *Macedonicum* quidquid ejus Macedoniam & Thraciam attingebat; *Græciense* quidquid Græciam. Ægæi quoque partes *Myrtoum*, *Icarium*, *Euboicum*. *Myrtoum*, Μυρτῷον πέλαγος, Ptolemæo circa Cariam, Asiæ Minoris regionem; Castaldo *Mar di Mandria:* Straboni vero, Pausaniæ, Plinio, Orosio, Melæ, inter Peloponnesum & Atticam. Nomen illi

à Myrtilo Mercurii filio, quem in id
urbatum ab Oenomao volunt Solinus
Isidorus: vel, ut verius sentit Plinius,
exigua insula, non procul à Carysto
bœæ oppido sita. *Icarium* Varroni,
olemæo, Ovidio II. de arte amandi,
anilio lib. IV. Senecæ in Oedipo Choro
tor. IV, & aliis, ab Icari nota fabula:
ndrætæ Tenedio in navigatione Pro-
ontidis, ab una Cycladum, quæ & Ma-
is & Icarus: hodie *Mar di Nicaria*,
astaldo scribente. *Euboicum* ab Eubœa
nsula; *Euboicus Sinus* Livio; cui, ut &
Valerio lib. I. Dict. Factorumque memo-
abilium cap. VIII, & Orosio lib. VI.
ap. XV. *Cœla* quoque vocatur; Ptolemæo
Οἰτέος κόλπος: Hodie *Golfo de Negro-
ponto*. Plautus *Persicum* indigetat *Portum*,
apud Festum, quod in eo Classis Persa-
rum stetisse dicatur non procul à Thebis.
Horatius lib. I. Carminum, Ode XIV.
Brutum, bellum Civile reparantem mo-
nens loca naufragiis infesta non temere
tentanda, ubi ait,

Interfusa nitentes
Vites æquora Cycladas,

Ægæum mare notat, de quo Dionysius
Afer:

Οὐ γάρ τις κείνῳ ἐναλίγκια κύ-
ματ' ὀφέλλει:

maxi-

maxime circa Cyclades. Virgilius lib. 1
Æneid.

> —— *ſparſaſque per æquor*
> *Cyclades, & crebris legimus freta co*
> *cita terris:*

Exſtat Ἀνθολογ. διαφόρ. ἐπιγραμμ libro III, cap. XXII, elegans Antipatı Carmen, cujus hoc initium.

> Πᾶσα θάλαττα, θάλαττα: τί Κυκλάδας, ἢ στενὸν Ἕλλης
> Κῦμα, καὶ ὀξείας ἠλεὰ μεμφόμεθα;

Ægæo, gracileſcente paullatim Mari, ſuccedit *Helleſpontus*; anguſtiæ minus mille paſſuum Pomponio (ſeptem ſtadia habet Plinius, quæ ſeptingentos ſeptuaginta quinque paſſus faciunt) inter Seſtem Europæ & Abydum Aſiæ oppida (*Bogas oſſar* hodie Turcis, ut notat Alexander Sardus) à quibus *Seſtiacum* & *Abydi Fretum* Auſonio. *Helleſponti Clauſtra* nominat antiquus Poëta, non dubito quin Ennius, in Medea apud Varronem lib. VI. de LL. *Stretto de Gallipoli* Italis à Callipoli Thraciæ Cherſonneſi oppido: Gallis *Bras de S. George*, Belgis vero *S. Ioris Arm*; ab Troadis oppido, quod hodie D. Georgio ſacrum, Πιτάνη Ptolemæo. Nomen ab Helle Virgine, quæ periiſſe fingitur in hoc maris tractu. Ovidius in Epiſtola Leandri:

Flucti.

Fluctibus immodicis Athamantidos
æquora canent,
Vixque manet portu tuta carina suo.
Hoc mare quum primum de Virgine
nomina mersa
Quæ tenet est nactum, tale fuisse puto.
Est satis amissa locus hic infamis ab
Helle;
Utque mihi parcat, nomine crimen
habet.
Invideo Phrixo, quem per freta tristia
tutum
Aurea lanigero vellere vexit ovis.

Hinc Παρθενόκτονον Πέλαγος Lycophroni; Παρθένιον Nazianzeno. Hic ex Asia in Europam contra Græcos, constrato in navibus ponte (quod hodie non solemus mirari) exercitum traduxit Xerxes Persarum rex. Ennius meus lib. XIII. Annalium:

Pontibus instratis conjunxit littora
Xerxes,
Isque Hellesponto pontem contendit in
alto.

Lycophron Alexandra:

Ἀλλ' ἀντὶ πάντων Περσέως ἕνα σποράς
Στελεῖ γίγαντα, τῷ θάλασσα μὲν βατὴ

Πεζῷ

Πεζὸς ποτ' ἔσται; γῆ δὲ ναυσθλώσεται
Ῥήσσοντι πηδοῖς χέρσον.

Quod videndi, quos citant alii: præter qui ex professo: Æschylus in Persis, Isocrates Panegyrico, Virgilius in Culice, Plutarch. περὶ ἀοργησίας, Iuvenalis Sat. x, Ammianus lib. vigesimo secundo, Arnobius lib. 1. advers. gentes, Ioannes Tzetza Chiliade 1 historia xxxii.

Inde rursus modice se laxans & semiorbe, inquit Ammianus, turgescens altrinsecus, lataque aperiens terrarum devortia, facit *Propontidem*, inter Thraciam & Bithyniam; à qua, Bebrycia quondam, *Bebrycium Mare* legitur appellatum apud Tzetzam: Italis *Mar di Marmora*, ab Insula Proconneso; ea enim Marmoris (quod ab urbe vicina, Cyzicenium) ferax, non hodie tantum, ut indicat Bellonius, sed & avorum nostrorum memoria, quod docet Curopalates Græcus Scriptor, *Marmora* dicta; unde cognominis illi Propontis.

Hæc mox stringitur, & in paucula stadia coarctatur, fitque *Bosporus Thracius*: dictus ab Io Inachi filia, quæ formam Bovis induta, Mare hoc loco trajecisse fingitur. Interpres Apollonii ad lib. ii. Argonautic. Βόσπορος ὀνομάζεται διὰ τὸ δοκεῖν

ρκεῖν τὴν Ἰὼ Βοῦν ἔσαν διαπο-
ρεύεσθαι. τὸ ἀπὸ Βιζαντίε καὶ Καλχη-
δόνος διάστημα: & paulo post: ἢ διὰ
ὁ πάντας τὲς στενὲς πορθμὲς Βοσπό-
ρες καλεῖσθαι. Prometheus apud Æschy-
lum:

Ἔσαι δ' θνητοῖς εἰς ἀεὶ λόγος μέ-
γας
Τῆς σῆς πορείας Βόσπορος τ' ἐπώ-
νυμος.

Bosporus Chalcedonis Herodoto; ab
urbe adjacente, quæ hodieque *Chalcido-*
na, Turcis vero *Caltitiu*: *Byzantii Por-*
tus, Incertioribus apud Stephanum ab
urbe, quæ nunc Constantinopolis, olim
Byzantium: *Fauces Propontidis* Ma-
nilio lib. IV. Astronomic. Στόμα Πόν-
τε Εὐξείνε Pindaro; *Fretum Mysium*
Arriano, quod tamen magis convenit
Hellesponto. huic enim proxima Mysia
& Minor & Major. Græcis hodie *Lai-*
mon; Turcis *Bagazin*, ut notat Petrus
Gyllius, qui plene Bosporum describit:
Italis *Streto de Constantinopoli*. Bospo-
rum Darius Hystaspis filius, Xerxis pa-
ter, rex Persarum, copias militares, facto
ex Navibus ponte, traduxisse comme-
moratur, cum apud alios tum Herodo-
tum libr. IV. Angustum enim ibi Ma-
re: quinque Stadia (quæ singula CXXV.

 passuum

passuum) edunt Strabo & Pomponius Mela; Plinius in fine lib. v. natur. hist. quingentos passus, suspecta numeri scriptura; reponendus fortean IↃCXXV: hoc satis constat, hodieque, alituum cantus canumque latratus utrimque audiri, & fere vocis humanæ esse commercia; manente inter duos orbes, Europam Asiamque, colloquio; nisi id ipsum auferunt venti, inquit Plinius lib. nat. hist. VI. c. I.

Hoc modo multis anfractibus fractum mare, mitescens jam in æquoream se pandit faciem, &, quantum potest cadere sub adspectum, late diffusum & longe, *Pontum* aperit, qui Εὔξεινος Græcis, *Euxonius* Orosio lib. I. cap. II. quondam, scribentibus Plinio, Solino, Isidoro, aliis, Ἄξενος *Inhospitalis*, ob immanem adcolarum crudelitatem & inhospitalitatem; vel, ut Theophilus tradit, latronum frequentiam; quæ expugnata fingitur ab Hercule, expurgata lattociniis regione & hominum ibi animis ceterarum gentium commercio aliquantulum emollitis. Ποντικὸν Πέλαγος Plutarcho in vitis Pompei & Eumenidis, Ptolemæo & Iornandi: *Mare Cimmerium* Herodoto & Orosio, ab Cimmeriis populis, qui adhabitabant; *Caucaseum*, Apollonio lib. IV. à Caucaso monte inter Pontum hunc & Mare Caspium, *Mare Boreale* Herodoto lib.

. IV. quia superioribus, quæ nomi-
vi, ad Boream: *Maurum* Græcis Nau-
: *Maurothalassa*, quasi *Mare Nigrum*
ircis; *Mar Majore* Italis. Situm sic de-
ngit Ammianus Marcellinus lib. XXII:
*mnis ejus velut insularis circuitus litto-
a navigatio, viginti tribus dimensa mil-
bus stadiorum ut Eratosthenes adfirmat,
Hecatæus, & Ptolemæus, aliique hu-
smodi cognitionum scientissimi scitato-
es; in speciem Scythici arcus nervo coa-
mentati Geographiæ totius adsensione for-
natur. Et qua sol Oceano exsurgit Eoo,
Paludibus clauditur Mæotidos: qua decli-
at in vesperum, Romanis provinciis ter-
minatur: unde suspicit sidus Arctoum.
Homines alit linguis & moribus dispares:
atus ejus Austrinum molli devexitate
subductum.* Mare hoc dulcius, quam ce-
tera, ex multitudine fluminum, Isidorus
lib. XIII. cap. XVI, ex Sallustii historia.
Sic Senec. in Med. Act. II.

Quodcumque placidis flexibus Phasis rigat;
Pontusque quidquid Scythicus à tergo videt,
Palustribus qua maria dulcescunt aquis.

Rationem reddit Ammianus, cujus jam memini. Verba, quod lectu digna, adscribam: *Omnis autem circumfluo ambitu*

 Pon-

Pontus & nebulosus est, & dulcior æqu- ribus ceteris & vadosus; quod concresc aër ex humorum spiramine sæpe densatu & irruentium undarum multitudine tem- peratur, & consurgit in brevia dorsuosa limum globosque aggerente multitudin circumvenientium fluentorum. Piscosu admodum est Pontus: cujus rei caussæ cum quod, præter Phocas, Thynnos & Delphinos, eosque non grandes & in- noxios, belluas majores non patiatur, u cum aliis Isidorus notat; notum autem Majoribus Minores esse plerumq; escam, hosque ab illis devorari: tum quod ex va- stiore pelago pisces minorum gentium eo, tamquam in tutum quemdam seces- sum, confluant ad profundendos fœtus, aquarum adlecti partim suavitate, partim tranquillitate. Ammianus loco jam indi- cato: *Et constat ab ultimis Nostri finibus maris agminatim ad hunc secessum pa- riendi gratia petere Pisces; ut aquarum suavitate salubrius fœtum educant, in re- ceptaculis cavis, quæ sunt ibi densissima, securi voracium belluarum: nihil enim in Ponto hujusmodi aliquando est visum, præter innoxios Delphinas & parvos.* Ælianus lib. IX, cap. LIX. Ἰχθύες ὅσοι ποταμὸν γείτονα τῇ θαλάττῃ τῇ συν- τρόφῳ κέκτηνται, ἢ καὶ λίμνην τινά. ὅταν μέλλωσι τίκτειν, ἐκνήχονται τῆς ἄλ- μης,

τι, καὶ τῶν κυμάτων τὸ ἄκλυστον ὕδωρ
ἐσωμερέμενος, καὶ παραπτόμενον ὑπὸ
πνευμάτων καὶ τυπτόμενον ἥκιστα.
γαθὴ γὰρ αὖθις ἡ τῶν ὑδάτων εἰρήνη
οχείαν ὑποδέξασθαι, καὶ φυλάξαι ἀσι-
ἥ τε καὶ ἀνεπιβούλευτα τῶν ἰχθύων τὰ
ρέφη: τῇ τε ἄλλῃ, καὶ μήν τοι καὶ διὰ
ὴν τῶν θηρῶν ἐρημίαν καὶ σπάνιν. φι-
οῦσι δέ πως τήνδε τὴν ἐλευθερίαν
χὴν αἵ τε λίμναι καὶ οἱ ποταμοὶ ἔνθεν τοι
ὶ πολλοῖς ἰχθύσιν εὐθηνεῖται ὁ Εὔξει-
ος Πόντος. θηρία γὰρ τρέφειν οὐκ
μαθε. φώκην δ᾽ εἴπου τρέφει καὶ δελ-
φῖνας βραχίστους: τῶν δ᾽ ἄλλων ἁπάν-
των οἱ τῇ δὲ ἰχθῦς ἐν σκέπῃ εἰσί. Iam
quod color Aquæ Ponticæ albus, de quo
caussisque Aristoteles in Problemat. sect.
XXIII, Theocritus Edyll. vigesimo ter-
tio, νιφόεντα vocat. In Ponto Peninsu-
la est nobilissima, quæ Taurica vel Scy-
thica Chersonesus; de qua alibi suo loco.
Ad Occidentaliora (ubi & pars Ponti
Hylæum mare, ab Hylæa, Tauroscytha-
rum regione) Isthmi, *Carcinetes* visitur
Sirus, Ammiano & Pomponio Mela sic
nominantibus, καρκινῖτος Ptolemæo;
κερκινῆτις Arriano; καρπινῖτις Stra-
boni, inemendatius; nam ab oppido, quod
Carcina hodieque ad ostia fluviorum Hy-
pacyris & Gerrhi. Strabo lib. VII, sinum
hunc *Tamyracen* vocat à Promontorio,

 quod

quod in eum ab Occasu Ortum versus procurrit. Periplum Euxini Ponti scripsit eleganter & docte Arrianus.

Succedit postremo *Mæotis Palus*, ab Mæotis populis apud Ptolemæum & Pomponium Melam, qui hodie Tartarorum pars. Fretum ejus ad Orientaliora Peninsulæ littora Bosporus Cimmerius vel Mæoticus, ter mille passuum latitudine. Ab Scythis vocatur hæc Palus, ut notat Tzetza, Καρπαλὲκ; & ut Plinius, *Temerinda*, addens hac voce *Matrem Maris* (ut eam etiam nominat Dionysius Alexandrinus) designari, quod perpetuo agmine defluat, numquam recurrens, aquas quasi subministrans absque intermissione subsequentibus, Euxino, Propontidi, Ægæo, Magnoque Mari. Hinc est, quod Lucanus libro III. de bello Pharsalico canat, imminui laudem immissi in terras ab Hercule, scissis montibus, Oceani; quum Mare Mediterraneum quibusdam videretur non tam oriri ex Oceano, quam ex Mæotide Palude, & Ponto Euxino, semper decurrentibus in Propontidem, & hinc porro in Pelagi Interni vastiora. Verba ejus hæc:

Quaque fretum torrens Mæotidas egerit undas
Pontus, & Herculeis aufertur gloria metis,

Ocea-

Oceanumque negat solas admittere
Gades.

ed vero similius, quod indicat Abraha-
nus Ortelius, nuper maximo reipublicæ
itterariæ detrimento nobis sublatus, vo-
em quæ apud Plinium, mere Germani-
cam esse, eaque significari *Maris Finem*,
quum *Meer* Mare, *Inda* Finis, *Et* vero
sive *Het* articulus sit, qui in vocis capite
metathesi litterarum, quod non infre-
quens apud Germanos, scribitur. Non
male. Nam Mari Mediterraneo, per fre-
tum Herculeum immisso, Finis in Mœo-
tide, ut quidem oculi nostri testantur.
Caspio enim secretior est cum superiori-
bus opula, ut jam patebit. Vera & genui-
na vocis scriptura forte *Tesmerinda*, ut sit
quasi *Des Meers Enda*, ut Majores nostri
pronunciabant. Hodie *Mar Zabach* à
Circassis (sic Tartari Turcæque vocant
Sarmatiæ Asiaticæ populos, qui Plinio
Zigæ, Stephano ζυγοὶ) nominatur: Ita-
lis *Mar della Tana*, ab Tanai fluvio, qui
duobus ostiis huc influit: item *Mar bi*
ancho, Mare album. Palus hæc non al-
tior quinque; &, ubi profundissima, se-
ptem ulnis; habetque in ambitu septin-
genta, vel, ut alii, nongenta millia pas-
suum. Videndi Polybius lib. IV, & Stra-
bo lib. 11. Ego scio circuitum ejus usque
ad Insulam in ostio Tanais esse centum
nona-

nonaginta aut circiter miliar. Germanicorum, quorum singula XXXII. statuunt stadia. De Frigore Mœotico legendus Strabo lib. VII. dicitur adeo indurari gelu, ut vehicula super eam adcolæ ducant. Lucanus lib. II. belli Pharsal. ubi de gentibus ad bellum civile excitandis;

——— *quas tenet æquore denso*
Pigra Palus Scythici patiens Mæotica plaustri.

Non adeo mirum. Mitiores tamen hiemes ibi, quam apud nos, quum Palus hæc ad gradus Altitudinis XLVIII, XLIX, L. & LI. Auctores tam Romani, quam Græci externa: & quæ de quarundam Regionum malis atque incommodis auditu tantum intellexerint, intendere & verbis solent mirum quantum exaggerare: quod exemplis adductis probare, hominis sit ocio bono non bene utentis.

Quæ commemoravi, Maribus conjungam non immerito *Caspium*: quod cum Euxino per occultos Cuniculos unum. Adfirmate loquor. Alioqui pars sit Oceani Scythici, nec ne: diversa Veterum sententia. Ajunt Dionysius de situ orbis, Manilius libr. IV. Astronom. Plinius lib. VI. nat. Histor. cap. XIII. Pomponius Mela lib. III. cap. V, Orosius lib. I. cap. II, Basilius ad cap. I. Geneseos, & alii.

ii. Notat etiam Strabo lib. xi. Patro-
em nobilem Scriptorem in ea fuisse sen-
entia, ex India navigari posse ad Hirca-
os. Negat Herodotus lib. 1. scribens Ca-
pium alterum ac per se ipsum, Mare esse.
ejusdem mentis Aristoteles lib. 11. Me-
eoror. cap. 1. Hos alii multi sequuti quo-
um princeps Ptolemæus in sua Geogra-
phia accuratioris locorum cognitionis
beneficio. Ipse Strabo, nisi, ut notavit Vir
magnus, planis expressisque verbis falsam
subdidisset sententiam, potuisset absque
negocio ex prioribus persuadere Lectori,
credidisse se littoribus circumseptum Ca-
spium exitu carere. Sic enim ait: κύκλῳ
ᾗ περὶ τὴν θάλατταν. Sed mox omnia
corrumpit, & in aliam imprudens trahi-
tur opinioné, Illis præcipue verbis; πρὸς
τ Οἰκεανὸν τ πληρῦντα τ Κάσπιον.
Illud verum, Aquas Oceani Caspium ex-
cipere subterraneo meatu, & exonerari
occultis sub terram alveis & cryptis in
Euxinum. Quum enim maxima flumina
Caspium influant (inter quæ ab Septem-
trione, Rha, hodie *Volga*; & Rhymnus,
Iaick; ab Ortu, Iaxartes, *Chesel*; à Meridie,
Oxus, *Abiamu*; ab Occasu denique alia
non pauca) necesse sane fuit infusa, præser-
tim quum marinas stationes Flumina na-
turaliter adpetant, aliqua exire. Nam qui
recipiendis quotidie tot fluminum aquis
 alveus

alveus hujus maris suffecisset; hodieque sufficeret? Quæ igitur labuntur in Caspium voragine quadam subterranea ex illis carceribus recipiuntur in Pontum: qui etiam terræ conclusus per Hellesponti & Abydenorum freta in Archipelagum; inde per mediam Europam & Africam ad Herculeum fretum, qua patet exitus, decurrit. Mare Caspium, ut delineat Pomponius lib. III, in tres sinus diffinditur: contra os ipsum & alvei fauces, in Hyrcanum, ubi Georgiani: ad sinistram versus Septemtrionem in Scythicum, qua parte Zibierairorum & Zagataiorum sunt Hordæ: ad dextram vel oram meridianam, qua nobilissima urbs Tauris, in eum, quem proprie & totius nomine Caspium à Caspiis ibi populis appellant; Parthis hodie à proximo opido *Bacau*. Georgianis *Chelucelam*. Aristoteles Caspium & Hyrcanum lib. II, Meteorologic. duo Maria numerat; quum unius rei duo sunt nomina. Plurimis aliis nominibus (quod & Plinius scribit) ab adcolis appellatum: Rhutenis & Tartaris hodie *Chuualinsko-morie* vocatur; Mauris *Bohar Cursun*, id est, mare clausum, indicant quæ dixi; *Georgiam* dicitur ab Georgianis, qui quomdam Iberes & Albani Asiæ populi; Ab aliis *Mare de Sala*, ab oppido Tartariæ cognomine; Item *Therbestam* aliisque

que modis pro vario gentium idiomate vel regionibus illi adpositis, ut se observasse scribit ex tabulis & scriptis peregrinationibus V. Cl. Abrahamus Ortelius. Variatur inter Auctores de Maris hujus magnitudine: inter eos Herodotus in Clio longitudinis esse tradit quindecim dierum cursu navis, quæ remis utatur: latitudinis, ubi spaciosissimum est, dierum octo. Fidendum magis, qui quotidie transmittunt, Mercatoribus, non amplius duodecim diebus universum expleri ambitum testantibus. In eo Mari Pisces, ut prodit Iulius Cæsar Scaliger de Subtilitate adversus Cardanum, exercitat. L I. capiuntur Siluti, & Moroni; quos, vulgari nomine sic appellatos, non audet Glanios vel existimare vel negare: præterea Caniculæ, canino prorsum capite, cauda, pedibus: adhæc Piscis teres totus sine capitis expressa figura, longitudine circiter pedum quatuor: ex quo ad lucernarum usum exemtus adeps vices præstat olei, frequenti mercatu expetitus.

Cap. IV.

De reliquis Internis Maribus.

PRæter Mediterraneum illud (quod optimo jure Magnum, quum si commisso fiat, reliqua non tam Maria, quam

Sinus,

Sinus, censenda) & alia sunt Interna, quæ per sua Freta terras irrumpunt ex Oceano; Orientali quidem *Persicum* & *Rubrum*: Septemtrionali vero, *Balticum*.

Persicum inter Persiam est, unde illi nomen, & Arabiam Felicem: primo Sinus (ut & multis habetur) quem inter Promontorium Asoborum (hodie *Cabo Mochandan*) & Armuziam (*Ormus* nunc, nobilissimum in Insula ferace Emporium) excipit Fretum, quod vulgo *Basora*: mox Mare, quod etiam Plutarcho in vita Luculli *Babylonium*, ab urbe Mesopotamiæ versus Caurum illi adlocata, quam *Bagdet* hodie dicunt ad Euphratem. *Mar Elcatif* & *Mesendin* vulgo nominari testantur Tabulæ Geographicæ. *Yumach-cama* ab Mesopotamiis vocari, ab aliis item *Bein elnaharin*, scribit vel fingit potius Thevetus; quem non in Geographicis tantum, sed & aliis familiariter aliquando Parisiis novi, & mecum alii, fluxissimæ fidei. Semel hoc dicendum erat, Lector: ne, si passim non laudem, à me negligentia factum arbitrere.

Rubrum id (specialiore notione, κατ᾽ ἐξοχὴν στικῶς) Europæis hodie, quod olim *Arabicus Sinus*, Plinio scribente lib. nat. Historiæ II, cap. LXVII & sequente; inter Arabiam Felicem & Africam. Sinus primo, ubi ad dextram *Aden* urbs, olim Ara-

Arabia : deinde Fretum, quod nostro tempore *Babelmandel*: hinc Mare, quod ab adcolis hodie *Mar di Mecha*, ab Arabiæ Felicis urbe, quæ μοχᾶον Ptolemæo; ab aliis *Mar Rosso*. Sunt qui scribunt appellari etiam *Bohar-Corsun*, Mare clausum; quod Caspio verius convenit. Thevetus, nisi, quod plerumque solet, nugas (quibus hoc lucratus, ut nusquam fidem mereatur) vendat, ab Arabibus vocari notat *Zocoroph* vel *Boharzocoroph*: ab aliis *Zahara*. ים־סוף mare Caricosum passim in Sacris litteris: סוף enim Iunci genus, crescentis in extremitatibus Maris vel Fluminis: unde ים־סוף Mare Caricis, quod eo Iunci genere abundet. Stephano βρέχια dicitur. De Persico & Arabico Internis junctim Manilius lib. IIII. Astronomic.

Altera sub medium Solem duo bella per undas
Intulit Oceanus Terris. Nam Persica fluctus
Arva tenet, titulum Pelagi prædatus ab iisdem,
Quæ rigat ipse, locis; latoque infunditur Orbi.
Nec procul in molles Arabas, Terramque ferentem
Delicias, variæque novos radicis odores,
Leni-

Leniter adfundit gemmantia littora Pontus,
Et Terræ Mare nomen habet.

Balticum (ut appellat Xenophon; vel; ut alii, *Baltæum*, unde *Belts* hodie, præcipue prope Insulam Langlandiam, ubi *Lagnus Sinus* Plinio lib. nat. Histor. IV, cap. XIII.) id mihi; quod angustiore primum & sinuoso ore Caput Cimbricæ Chersonnesi prægressum, factis aliquot Danorum Insulis, per Sundam, nobilissimum Daniæ Fretum (ubi quomdam Βουγίπιον Ptolemæi) infunditur versus Orientem; inter hinc Germaniæ, Prussiæ, Lituaniæ, Livoniæ, Russiæque, inde Gothiæ & Sueciæ littora; *Morimaruza* Philemoni; *Amalchium* Hecatæo apud Plinium; *Suevicum* à populis, qui adhabitant; *Pigrum* nominat Tacitus, quod non, ut bene Ortelius, veluti cetera Maria, moveatur. Nam Æstus ejus; quod etiam qui quotidie navigant, testantur, vix deprehenditur. *Venedicus Sinus* eidem ab Venedis populis; *Codanus* Plinio lib. IV, cap. XIII, & Pomponio Melæ lib. III. Germanis *Oost-Zee*; quod Oceano versus Ortum: Rutenis *Wareczkovicmorie.* Excurrens porro in duo brachia dispescitur: faciens à sinistra, inter hinc Sueciam & Boddiam, inde Finlandiam

am, Sinum prius *Finnicum*; *Finnisch-e*; post, freto discriminante, *Boddicum*, *odner zee:* à dextra inter Finlandiam & voniam alium, qui item *Finnicus*. Alia inorum gentium prætereo.

Album, quod Arctoum Pelagus Ters immittit inter Russiam, Moscovitamque & Lapporum fines: ad cujus ineriora Fanum D. Nicolai, quo plerumue cum Moscovitis commercia facturi Mercatores nostri adpellunt. *Witte zee* Batavis, qui plurimum hoc Mare navigant, appellatur.

Illud etiam non magni præ ceteris momenti, quod inter Americam & Mexicanam primis lustratoribus *Mar Vermejo* nominatum.

CAP. V.

De Euripis.

MAribus Reciprocantibus addiderim *Euripos*. Εὔριπος, inquit Suidas, Πέλαγος στενὸν; ἢ τόπος ὑδατώδης μεταξὺ δύο γαιῶν, τουτέστι Βοιωτίας, καὶ Ἀττικῆς. ἑπτάκις δὲ τῆς ἡμέρας τὸ ἐκεῖσε ὕδωρ τρέπεται. Describit mare, quod inter Atticam & Eubœam, *Euboicus Euripus* aliis, nonnullis *Chalcidicus* ab urbe Chalcide, Italis *Strecho de Negroponte*; sic enim illis hodie Eubœa dicitur.

De

De eo ſic Pomponius Mela lib. II. c. VI: *Mare rapidum, & alterno curſu ſepties die ac ſepties nocte, fluctibus invicem verſis, adeo immodice fluens; ut ventos etiam ac plenis velis navigia fruſtretur.* Strabo tamen lib. IX, Plinius lib. II, cap. XCVII, & alii (quibus adſcribendus fortean & Suidas) tantum die ac noctu ſimul ſepties fluere contendunt. Sic Seneca in Hercule Oetæo, Act. II. Sc. I. profuge:

Euboica tellus, vertice immenſo tumens,
Pulſatur omni parte; Phryxeum mare
Scindit Caphareus: ſervit hoc Auſtro latus;
At qua nivoſi patitur Aquilonis minas,
Euripus undas flectit inſtabilis vagas,
Septemque curſus flectit & totidem refert,
Dum laſſum Titan mergat Oceano jubar.

Antiphilus Byzantius quodam Epigrammate ſenarium prodit numerum:

Εὐβοϊκοῦ κόλποιο παλινδίνητε θάλασσα,
Πλαγκτὸν ὕδωρ, ἰδίοις ῥεύμασιν αὐτίπαλον,
Ἠελίῳ καὶ ἦν νυκτὶ τεταγμένον, ἐς τρὶς ἄπιστον

Ναυ-

Ναύτιν ὅσον πέμπεις χεῦμα δινεύόμενον,
Θαῦμα βίε, θαμβῶ σε τὸ μυρίον; ἐδὲ μαθεῖν
Σὴν σπέσιν ἀρρήτῳ ταῦτα μέμηλε φύσει.

alium alii. Ab omnibus, nisi mens mea me fallit, certus numerus positus pro incerto. Livius lib. trigesimo octavo veritatis, quam superiores, convenientius, *Fretum ipsum*, inquit; *Euripi non septies die, sicut fama fert, temporibus statis reciprocat; sed temere in modum venti nunc huc nunc illuc, verso mari, velut monte præcipiti devolutus torrens, rapitur.* Videndus & Thucydides lib. vi. Caussam hujus Fluxus & Refluxus quum nequisset adsequi Aristoteles, mœrore contabuisse scribitur ab Iustino Philosopho & Martyre Admonitor. ad Gentes, & Gregorio Nazianzeno orat. I. in Iulianum Apostatam. Hinc certe Proverbium, ut *Euripo* dicatur *mutabilius*, quidquid instabile. Æschines κατ' Κτησιφῶντος, Calliam mutabiliorem esse notat Euripo, cui vicinus. Eleganter & Plato in Phædone: πάντα τὰ ὄντα ἀτεχνῶς ὥσπερ ἐν Εὐρίπῳ ἄνω καὶ κάτω στρέφεται, καὶ χρόνον οὐδένα ἐν οὐδενὶ μένει. Aristoteles Ethic. IX. c. VI. οὐ μεταρρεῖ ὥσπερ Εὔριπος.

Committit & eleganter M. Tullius oratione pro Mur. cum Euripi fluxu & refluxu inconstantiam populi & incertam Comitiorum rationem. Instabilis enim Euripus; & inde inter ἀδυνάτα apud Senecam in Hercule Oetæo, Actor. II. Sc. III:

—— prius
Exstinguet ortus, referet occasus, diem:
Pax ante fida nivibus & flammis erit:
Et Scylla Siculum junget Ausonio latus:
Priusque multo vicibus alternis fugax
Euripus, unda stabit Euboica piger.

Euripus Taurominitanus Plinio lib. II. cap. XCVII. illa maris reciprocatio, in quam delabi ferunt Charybdim; quę, vorticosum mare inter Siciliam & Italiam in freto Mamertino, *Garofaro* dicitur hodie, Fazello & Aretio notantibus. Exaudiendus de eo Seneca in Epistolis, *Charybdis an respondeat fabulis, perscribi mihi desidero: & si forte observaris (dignum est autem quod observes) fac nos certiores, utrum uno tantum vento agatur in vortices, an omnis tempestas mare illud contorqueat; & an verum sit, quidquid illo freti turbine arreptum est, per multa millia trahi, & circa Taurominitanum littus emergere.*

Euri-

Euripos quatuor, vastissimis Insulis
terpositis, sub Arctico polo comminisci
it ausus Minorita quidam Anglus
xoniensis, Mathematicus, ut scribit in
io Itinerario Iacobus Cnoxen Buscodu-
ensis: eosque tanto impetu versus Vo-
aginem, quæ ad Euriporum concursus,
ubi & Rupem sub ipso Polo nigram sta-
uit, cujus ambitus XXXIII circiter leuca-
um) rapi, ut naves semel ingressæ vento
etroagi non possint: neque unquam tan-
um ibi ventum esse, ut molæ frumenta-
iæ circumagendæ sufficiat. Alia ejus præ-
ereo. Hunc sequuti temere sunt alii; in-
ter quos Giraldus Cambrensis libro de
Mirabilibus Hiberniæ; qui addit, ad Vo-
raginem hanc omnes undique ab remo-
tissimis orbis partibus marinos fluctus,
tamquam ex condicto, confluere, & in
secreta Naturæ penetralia se transfunden-
tes quasi in Abyssum vorari; naves hac
forte transeuntes tanta rapi & attrahi flu-
ctuum violentia, ut eas statim irrevocabi-
liter vis voracitatis absorbeat. Additur,
ne quid desideremus ad plenam loci stu-
pendi cognitionem, Ostiorum, quæ sin-
gulis Euripis, numerus: septem illi, qui
freto Aniano obversus; quinque, qui Se-
ptemtrionaliora Novæ Zemblæ respicit,
ea autem propter angustiam & celerem
cursum numquam congelari; tria, qui

Groenlandiæ vicinus; quatuor denique qui proxime ſuccedit: omnibus vero Oſtiis initia deſcribunter ad gradum ſeptuageſimum octavum. Belle mehercules. Tam adſeveranter de his diſſerunt, quaſi vel ibi nati educatique, vel eo delati ſuis oculis omnia fideliter & diligenter notaſſent; Rupem etiam menſi. Si loco tam mirando nati; non video, quibus adminiculis quarumque Aquarum beneficio venerint ad nos, tantum ὑπερφυσικὴν nunciaturi; quum Fluctus ex quatuor Orbis partibus, ut dicunt, eo ſe rapientes tanta vehementia obnitantur, & ventus ibi numquam tam validus, ut molæ verſandæ (qui vero navi huc inde contra Fluctus reluctantes promovendæ?) ſufficiat. Sin eo delati, magna certe prærogativa munitos fuiſſe neceſſe fuit, quod adeuntes horrida, tetra & inacceſſa loca, non fuerint cum navibus, ut omnibus evenire volunt, abſorpti; at placidiſſime portati ita Rupi adhæſerint, ut non ſolum colorem cognoſcere, verum & magnitudinem metiri potuerint. Siſtebat, credo, terribilis ille Aquarum raptus; dum ibi docenda nos illi diſcebant: ne ſcilicet quid quod uſpiam in rerum natura neſciremus. Sed abeſto jocus, & vana vanis relinquamus. Quiſquis fuit primus hujus commenti auctor, amicus fuit

non

non Veritatis, sed Platonis. Hic namque, quum excogitare non valeret veram Fluxus Refluxusque Maris caussam, in Phædone somniavit, χάσμα esse μέγιστον, καὶ διαμπερὲς τετρημένον δι' ὅλης τῆς γῆς; ejus mentionem facere Homerum:

τῆλε μάλ' ἧχι βάθιστον ὑπὸ χθονός
ἐστι βέρεθρον:

alibi vero Homerum aliosque Poëtas hoc χάσμα Τάρταρον appellare; ad hiatum denique illum omnes fluvios atque adeo totum Aquarum corpus universæ Terræ circumfusum, confluere, & ex eo aquas omnes vicissim effluere; sursumque ad nos moras, deorsum autem ad Antipodas Rheumatibus effusionem facere. Sed hanc Platonis (cujus Eloquentiam & Orationis flumen magis sæpe mirari venerarique soleo, quam Philosophiam) opinionem, quod absurda esset & omni careret ratione, merito refutat Aristoteles lib. 11. Meteor. cap. 11; cujus Argumenta legenda. Docuerunt & hæc falsa esse, nuper Argonautæ nostri; qui ad LXXX. Altitudinis gradum delati, nullas Aquarum versus loca, quæ ad perpendiculum Polo subjacent, attractiones, quales fœde finguntur, deprehenderunt; quum tamen initium attrahendi in pictis ad

ad illorum mentem tabulis scribatur a gradum septuagesimum octavum. Alioquin videri sub ipso Polo habitatione esse commodiores, quam quæ aliquo inde gradibus propiores Æquinoctiali, jam dixi.

FINIS.



MARCI ZVERII BOXHORNII

APOLOGIA

PRO

NAVIGATIONIBVS HOLLANDORVM,

Adversus

PONTVM HEVTERVM.

Qua præcedentium sæculorum navigationes, earumque jura & instituta, ex tabulis præsertim publicis asseruntur.

Amplißimo Viro,

WILHELMO BONTIO, I. C.

Reip. Leydensis

PRÆTORI

summo.

D*Ignitas tua, Vir amplißime, qua in Urbium ocello cum singulari integritate defungeris, & benevolentia, qua me non semel es complexus, & eruditio, qua historiam pene omnem, & præcipue hanc nostram penetrasti, hunc hominem impulere, ut Apologiam hanc, Amplißimi nominis tui præsidio usurpato, ad te ablegaret. Argumentum est nec magnitudine tua, nec judicio indignum. Non ingratum certe futurum tibi, opinor, qui in res patriæ, præsertim horum temporum, propius semper inquiris. Quod tanto magis laudandum est, quanto plus habet utilitatis. Cape igitur, Vir summe, hoc observantiæ monumentum ab eo, qui vivit*

Amplissimo nomini tuo
æternum devotus

M. ZUERIUS BOXHORN.

MAR-



M. ZUERII BOXH.

APOLOGIA

PRO

NAVIGATIONIBUS HOLLANDORUM,

Adverſus

PONTUM HEUTERUM.

NISI ea aliquando ſæcula fuiſſent, quibus magnitudini rerum geſtarum induſtria Scriptorum non reſpondit, multa profecto eſſent, quibus poſteri poſſent gloriari. Sed inſtituto temporum potius viſum res præclaras gerere, quam earum memoriam ad poſteros litterarum beneficio ablegare. Non tam quid olim factū, quam quid non factum, ex iis, quæ inſequentibus ſæculis facta ſunt, ſcimus. Ferendum tamen non eſt, illa obliterari, & ſive odio, ſive ignorantia ſcriptorum poſteris impingi, quæ annales, quamvis levi-

leviter, prodidere. Vitio quippe auctorum aliquando fit, ut dum gentes illas quarum res describunt, extollere cœperunt, vicinis labem socordiæ inurant. Inter eos est Pontus Heuterus, vir cætera in historia ita versatus, ut hoc nomine non parum ipsi Belgium debeat. Ille natione Hollandus, domo Delfensis, ut Flandrorum navigationes extolleret, in Hollandos nimis iniquus fuit. Ait illos ad annum cIↄ ccccxcII, Frisiæ Saxoniæque tantum maritima legere assuetos, Cymbricam Chersonesum, Dacos, Gothos, totumque illum borealem tractum ex auditu tantum cognitum habuisse, & halecum capturam; cæterasque remotiores navigationes penitus ignorasse. Verba ejus ad annum historiæ, quem proxime diximus, hæc sunt; *Brugenses*, inquit, *ac Slusani opibus ac mercatura eo tempore florentes, re nautica vicinos omnes facile superabant, inprimis Zelandos Hollandosque navium multitudine navigandique audacia præcedebant.* Nec longe post: *Hollandi*, inquit, *ultra Angliam Scotiamque tentare ad occidentem & septentrionem maria ausi nondum fuerant, nec tam audacter Amsterodamii, & Enchusii eorumque vicini (intestinis tantum seditionibus, iisque continuis dediti, ac proinde Frisiæ Saxoniæque tantum*

tum

um maritima legere assueti) ad orientem vela converterant. Cymbricam Chersone-sum, Dacos, Gothos, Suecos, Islandos, Nor-vegos, Prutenos, Moschos ex auditu tan-tum noverant, halecum capturam plane ignorabant, majores asellos (Cabeliau vo-*cant) in proprium usum leviter siccabant, aut aëre ac vento saliebant, qui nunc hye-me capti saleque conditi per universam Europam distribuuntur, &c.* Mearum partium esse putavi gloriam Hollando-rum ab ejusmodi injuria vindicare. Ce-lebriores & remotiores eorum Zelando-rumque navigationes ante illa tempora fuisse liquido ostendam, annalium, & ve-terum tabularum fidem per omnia se-quutus. Ac primum quidem, si Romana tempora videmus, terra simul, marique virtutem suam Batavi prodidere. Ac Ta-citus quidem 2. Annalium, ubi insulam Batavorum describit non obscure innuit, eam ultro citroque navigantium com-merciis floruisse, ob faciles appulsus, & quod accipiendis copiis transmittendisque ad bellum esset opportuna. Nec longe post Batavos, auxiliares Romanorum, nandi navigandique peritos appellavit. Tradit idem per illud tempus Caucos, Ba-tavorum gentem, inferiorem Germaniam incursasse, Duce Gannasco, qui natione Canninefas (est & illa portio Batavorum,)
auxi-

auxiliaris Romanorum & diu meritus, post transfuga, levibus navigiis prædabundus Gallorum maxime oram vastabat. Navali Batavorum pugna pulsi Othoniani memorantur. Cum trepidantibus Romanis, qui Vitellium sequebantur, navigandi peritia atque audacia collapsas pene eorum res instauravere. Sequentium temporum res & navigationes obscuræ, deficientibus ingeniis, quæ earum memoriam ab ætatis injuria vindicarent. Comitum sæculo variæ in terram sanctam institutæ navigationes, pro pietate illorum temporum, quibus regiones illas à Turcarum tyrannide atque immanitate liberare, unusquisque pro virili nitebatur. Maxime omnium sub Theoderico, Comite Hollandiæ ejus nominis quinto, anno salutis millesimo nonagesimo & nono, Hollandos in orientem transmisisse, & in expugnanda Hierosolyma, auspiciis Godefredi Bulionei, fortiter res gessisse annales nostri prodidere. Theoderico nihil potius fuisset, quam expeditioni huic interesse, sed valetudine non ita prospera usus, sustinendis itinerum difficultatibus impar videbatur. Fratris tamen ejus Roberti, qui Flandriæ Comes, virtus non desiderabatur. Notatum invenio, ex Hollandica nobilitate plerosque huic bello cum gloria interfuisse.

Ioan-

oannes Arkulanus, in ipso cum Sarracenis conflictu, exspiravit. Nata tunc temporis, veteri Gallorum instituto, dignitas equestris, quæ Cochlearis dicebatur, & illis tantum deferebatur, qui navali bello virtutem suam præ cæteris bono publico probassent. Hic Nobilium Hollandorum plurimi in equestrem illum ordinem leguntur adlecti, certo argumento, bello navali hanc gentem tunc valuisse. Anno etiam decimo nono, supra millesimum & centesimum Harlemo expugnata admirabili, & nova belli navalis arte Damiata in partem gloriæ atque virtutis dicitur venisse. Hoc certe in confesso est: Harlemenses, qui una cum legionibus Christianorum, ductu Frederici Barbarossæ, Imperatoris Romani, in Terram sanctam ad subigendum Pelusium transmiserant, catenas illas ferreas, quæ circum aquas ductę invictam arcem fecerant, navibus, quę singulari industria serris ferreis acutissimis subtus erant adstructæ, vento admodum impellente, feliciter perrupisse atque penetrasse. In illa expeditione unus ex supremis Classium præfectis fuit Wilhelmus ejus nominis primus Hollandiæ Comes. Verba Matthæi Parisiensis ad ann. CIↃCCXVII. adscribi hic merentur. *Circa dies istos*, inquit, *facta est motio maxima ex Coloniensiũ & Frisonum provinciis virorũ, & bella-*

bellatorum, qui à principio prædicationis crucis post generale concilium, trecenta naves magno studio ingreßi sunt, ut vota suæ peregrinationis exsolverent crucifixo. Sub Frisonum nomine, pro more illius sæculi, Hollandi etiam vicinæque gentes continentur. Paullo etiã post subdit idem Scriptor; *Classe divisa, pars altera, duos habens Capitaneos, Wilhelmum scilicet Hollandiæ ducem, & Comitem de Wiede Georgium, Alchavam obsedit.* Satis diserte hic indicatur, Hollandiæ Comitem, Archithalassi munere in imperatoria illa expeditione functum fuisse. Ex quo non ita difficulter colligi potest, celebrem Hollandorum in navigationibus instituendis peritiam tunc temporis fuisse. Dicam amplius nempe naves omnes, quæ expeditioni isti interfuere, ex Hollandia abiisse. Disertim id testatur Godefridus Monachus, S. Pantaleonis, coætaneus illorum temporum. *Wilhelmus,* inquit, *Comes Hollandiæ, & Georgius Comes de Wiede cum aliis Cruce signatis Teutoniæ ad terram sanctam navigio proficisci desiderantibus; super unum de nobilioribus terræ fluviis fluvium Mosam congregati sunt apud Flerdinga.* Intelligit opidum Hollandiæ ad ripam Mosæ positum, quod magni olim nominis & roboris, nunc Mosæ alluvione pene absumptum, Vlaerdinga appella-

ellatur. Fateor expeditionum harum
rientalium gloriam ad vicinas etiam
entes pertinere; ſed ex iis, quæ jam di-
ta à nobis, ſatis ſuperque æquis rerum
rbitris conſtare arbitror, præcipuas hic
Hollandorum, Zelandorumque partes
uiſſe. Inſequutis temporibus, quibus ſi-
mul cum urbibus opes civium accrevere,
e remotioribus præſertim circa Septen-
trionem tractibus viſitandis, commerciiſ-
que mutuis ibi inſtituendis, cæptum eſt
cogitari. Circa annum milleſimum du-
centeſimum ſeptuageſimum & tertium,
us Stapulæ, ut loquuntur, lanarum, quæ
ex Anglia magno numero devehebantur,
ab Eduardo Anglorum Rege, haud leviter
adlaborante Florentio ejus nominis quin-
to, Dordrechtenſibus conceſſum fuit. Sed
paullo poſt, neſcio qua de cauſſa, iiſdem
ablatum; Anglis diſcedentibus, qui in
Brabantiam profecti, Machliniæ ſedes
ſuas atque merces fixere. Abſque unico
ſcriptore eſſet, qui Rhythmicum Hollan-
diæ Chronicon contexuit, & iiſdem tem-
poribus dicitur floruiſſe, hujus rei memo-
ria nulla apud poſteros exſtaret. Circa illa
tempora inſtitutæ etiam in Norvegiam,
Daniam, circumjectaſque regiones navi-
gationes, ad halecarias præcipue capturas
exercendas. Sic urbium Hollandicarum,
Zelandicarumque præcipuæ, quæ ob por-
tuum

tuum commoditatem navigationibus opportunæ, in nomen & fœdus Hanseaticarum civitatum venere. Stante inter Regem Danorum Valdemarum, Sueciæque Albertum bello; hic, ut notat gravissimus rerum Danicarum scriptor Ioannes Isacius Pontanus lib. Histor. VII. varias Hanseaticis urbibus, quique cum illis fæderati erant, Hollandis etiam Zelandisque immunitates privilegiaque in Daniæ regno concedit. Amstelodamensibus peculiares etiam immunitates indulsit, præsertim illis qui ad Scaniam, & vicinas oras commerciorum gratia appellerent. Vandalicæ quippe cæteræque urbes Hanseaticæ Albertum Sueciæ regem tunc sequebantur, qui regno Daniæ inhiabat. Sed indicto Straelsundæ conventu, dissidia sopita, novæque fæderis conditiones cum Valdemaro percussæ sunt. In quam rem consignatæ ejusmodi tabulæ, in quibus etiam nonnullarum Hollandiæ Zelandiæque urbium mentio habetur.

Nos Consules ac Senatores civitatum Vandaliæ ac Borußicarum Lubecæ, Rostochii, Stralesundæ, Wismariæ, Gripsvvaldæ, Stetini, Colbergæ, Nistargardæ, Coloniæ Agrippinæ, Hamburgi ac Bremæ; tum & Livonicarum Rigæ, Torpati, Revaliæ, Tarnoviæ: nec non & earum quæ ad mare Austrini sinus inque Hollandia Zelandiaque

liaque sunt sitæ, Campi, Daventria, Ul-
trajectum, Svvolla, Hasseltum, Groninga,
Zutphania, Briela, Middelburgum, Ar-
muda, Hardervicum, Zirczea, Erbur-
gum, Stavera, Dordracum, Amsterda-
mũ, profitemur ac publico hoc instrumento
testamur, inter nos, & Regni Daniæ Sena-
tores, virumq; honoratum dominum Hen-
ningium Podebutkium regni præfectum,
itemq; Nicolaum Archiepiscopũ Lunden-
sem, Ericum Episcopum Othoniensem, Ni-
colaum Roschildensem, aliosq; equites, ac
regni nobiles, armigerosque amice esse con-
ventum, dissidiaq; illa, ac bella omnia, quæ
hactenus inter Serenissimum Regem Valde-
marum ejusq; subditos, ac nos, nostrarumq;
civitatum indigenas, atque incolas agitata
fuere, utrinq; composita placideque pacata
esse, ita scilicet ut Rex, jam dictus, hanc in-
ter nos reconciliationem suo sigillo ac ma-
nu obsignatam, sub proximum festum Mi-
chaelis, anno circiter abhinc integro sit ex-
hibiturus. Ipsis autem reconciliationis lite-
ris hoc præcipue cautum erat, ut urbium
Vandalicarum indigenæ ac cives, Helsing-
burgum, Malmogiam, Scanboram, & Fal-
sterboam, id est totam propemodum Scha-
niã veluti pignus & loco illati à rege Van-
dalorum detrimenti, annos quindecim reti-
nerent, usum fructum sibi servarent, præfe-
ctos judicesque suo modo & more ipsi habe-
 rent:

rent: Atq; annis istis elapsis territoriū idem commune, & nullis gravatum oneribus, quomodo ipsi acceperant, Regi regnoque restituerent: Danis interea, omnibusque regni incolis urbes emporia Hansatica liberè accedere, suaq; ibi exercere negotia, quemadmodum ante bellum sueverant, fas liberumque esset. Hæc acta, dataque Stralsundæ postridie ascensionis Dominicæ, anno à Christo nato millesimo trecentesimo septuagesimo.

Circa annum cIↄ ccc xcI admòdum celebris fuit Hollandorum, interque eos Amstelodamensium frequentia, piscatio Halecaria apud Scaniensis. Fidem ejus rei fecerit diploma Alberti, quo potestatem, præfectum eo in Scaniæ tractu, quem Danorum Regis beneficio haberent, constituendi indulsit. Tabulæ ita Latine redditæ leguntur à Cl. V. Ioanne Isacio Pontano lib. IX. rerum Danicarum.

Nos Albertus Dei gratia, Comes Palatinus, Dux Bavariæ, Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ Frisiæque Dominus, omnibus notum facimus nos dilectis, ac fidelibus nostris Scabinis & Senatoribus urbis nostræ Amsterodamensis donasse, istoque chirographo, quod ad nos & posteros nostros, donare ac concedere, ut quotannis, idq; in perpetuum præfectum constituant, terrasque quas in Scania possident, aut

post-

postmodum à Rege Daniæ obtinentes posſeſſuri ſunt, ſecundum leges, ac jura ſua componant, gubernentque. Hoc ſignatum ad aram anni MCCCXCI.

Præfecti illius, cujus conſtituendi mentio hic fit, munus aliud non erat, quam ortas inter ſuos lites componere, ſeduloque providere, ne quid Amſtelodamenſium res ibi caperent detrimenti. Erant autem fere iis in locis, ubi peregrini frequentius agebant Advocati ſeu Præfecti duo; quorum ille, qui à peregrinis ipſis conſtitutus erat, eorum proprius, alter Regius, quod Regis nomine præeſſet vocabatur. Ad illum tamen non omnes, ſed tantum levioris momenti controverſiæ, ad hunc graviores omnes diſcutiendæ referebantur. Si quis cum altero manus conſeruiſſet, eumque læſiſſet, de hoc advocatus proprius judicabat. At vero ſi inter pugnandum aut manus amputata, aut homicidium eſſet commiſſum, ad Advocatum Regium id omne dijudicandum ſpectabat. Vt non obſcure innuit præclarum diploma illud quo Waldenarus Danorum, Slavorumque Rex anno MCCCXXIV, Hardervicenſibus, varias, in Scania, quod ad halecum piſcationem, & mercaturam inibi exercendam attinet, immunitates indulſit.

Waldenarus Dei Gratia Danorum

 Slavo-

Slavorumq; Rex,&c. Dux Ensthoniæ, omnibus præsens scriptū cernentibus salutem in domino sempiternam. Constare volumus universis tam præsentibus quam futuris, quod nos discretos viros præsentium exhibitores Burgenses de Hardervviick *regnum nostrum cū suis mercimonis visitantes, sub nostrā pace suscipimus, & protectione specialiter defendendos. Nos volentes favoris & gratiæ prærogativa prosequi speciali, ipsisque cupimus omnes gratias & libertates, quas temporibus D. Waldemari quondam Regis Danorum progenitoris nostri claræ memoriæ dignoscuntur liberius habuisse, vid. quandocumq; & quotiescunque alicubi in Regno nostro in Skanor vel alibi cum navibus suis applicuerint, naves possint secure exonerare & bona sua sive in sale sive in pannis laneis vel lineis aut in cera vel in vario opere fuerint, seu in aliis mercimoniis quibuscunque quocunque nomine censeantur ad terram & suas bodas vel hospitium pro suæ libitu voluntatis libere deducere, & non debeant per advocatos nostros super hoc nec per aurigas, qui dicuntur Wounkarle, nec per nautas qui Zukarle, Pramekarle vel Schudemen nuncupantur, nec per aliquos alios impediri. Et dicti nautæ & aurigæ prout cum ipsis convenerint, bona eorum ducant impedimento quolibet procul moto. Item si aliquis*

auriga

auriga vel nauta bona ipsorum per suam incuriam destruxerit, vel madefecerit, ipse debet ea prout rationi consonum est emendare. Item omnia quæ sub pondere vendi solent poßint in ipsorum Bodis sive vicæm vendere & alienare, & cum statera Colonienſi trutinare. Item vinum quod personaliter apportarint possunt in suis vicæm ad cleopsidras vendere & alienare. Item nullus Forpug emat apud littus maris ultra dimidium plaustrũ halecium, sicut amißionem omnium quæ sic emerit evitandam. Item nullus emat halecia in aquis, sed si aliquis incausatus fuerit quod halecia in aquis emerit ipse tertia manu se purgabit & hac de causa convictus Advocato nostro tantũ tres mureldem tamen emendabit. Item de omnibus querimonis & controversiis ac læsionibus, quas inter ipsos Burgenses de Harderwijck commiserint, Advocatus proprius in Skanor habeat discutere & judicare, nisi hujusmodi læsionis emenda ad vitæ vel manus amißionẽ, se extendat. Item si ita contigerit vid. Si aliquis alium interfecerit, aut gladio, securi, lancea seu cultello, sive aliquo alio armorũ instrumento secando vulneraverit, seu hasta, baculo, sive lapide percutiens membrum fregerit, aut ad effusionẽ sanguinis vulnus inflixerit, de hujusmodi Advocatus noster qui est, & qui pro tẽpore fuerit habeat judicare. Itẽ si aliquis ex ipsis

Dacum aliquem pro debitis novis vel de aliquibus annis præteritis incusaverit, Advocatus noster ipsi de Hardervvÿck dicta debita sua juxta leges terræ sine aliqua multa, aut aliquo ejus damno adjudicabit. Item nulli de Hardervvÿck damnatio aliqua adscribatur nisi per caussam quæ ad amißionem vitæ vel manus se extendat. Item si ita contigerit, quod absit, quod halecia non capiantur, nec in Skanor salsentur, quilibet dato suo torghorehugh autoritatem habeat bona sua quæ adduxerit sine teloneo libere abducendi. Item si alicubi infra Regni nostri terminos naufragium paßi fuerint, Advocatus noster seu aliquis alius cujuscunque conditionis seu status existat, ipsorum bona nullatenus impediat vel se de ipsis nullatenus incunclat: quandoquidem ipsa bona personaliter per se vel per alios quos ad hoc concessum vel conductum habere poterint, valeant de naufragio liberare. Item si aliquis ipsorum ligna sive carpenta in Skanor vel alicubi alibi in regno deposuerit, navemque suam cum aliis mercimoniis onustando abscesserit, ipse cum redierit dicta ligna sua absq; impedimento recipiat, & ea soluto suo thorghorehugh absque omni alio teloneo libere deducat. Item si aliquem ex ipsis, intra regni nostri terminos decedere contigerit consanguineis suis & hæredibus suis non

præ-

præsentibus, bona sua apud unum fidelem & discretum illius civitatis vel loci ubi decesserit sub bonorum testimonio sequestrentur usque ad diem & annum. Si aliqua ex illis bonis tamdiu durare non poterint sine damno, in alia bona durabilia convertantur & simili modo sequestrentur. Et si veri hæredes ipsius, aut ipsorum tutor si minoris ætatis fuerint, pro hujusmodi bonis repetendis infra dictum terminum venerint, cum bonorum sufficienti testimonio, ipsius præfata bona resignentur, & libere aßignentur absque ulla difficultate. Si vero præfati hæredes, aut ipsorum tutor infra præfatum terminum non venerint, sæpe dicta bona nobis cedere debeant liberè poßidenda prout exigunt leges terræ. Item nullus ipsos super eorundem vicem in ipsis bonis sine eorum voluntate destruendo aut ab ipsis aliquid abstrahendo ab iis impediat aliqualiter vel molestet. Item exactores qui Silekrever dicuntur non debent propter opus divi festivi Ephippia alicujus aurigæ bona ipsorum ducentis auferre vel desumere quoquo modo. Item nullus bona sua amittere debeat propter alterius pugnam vel delictum. Item teloneum eorum maneat prout fuerat ab antiquo, nisi quis equum emerit pro sua propria sella, cum quo intendit per terras ad propria remeare, & tunc pro tali equo dato suo thoregho-

reghorehugh liber est & excusatus. Item liceat ipsis lastadia sumere in fluctibus maris ubi volunt. Item teleonea coggonum maneant prout fuerant ab antiquo. ut autem hæc omnia per nostros Advocatos & Officiales in perpetuum firmiter observentur, præsentes easdem literas sigilli nostri munimine roboratas contulimus in testimonium & evidentiam firmiorem. Datum Wordingborgh Anno Incarnationis Dominicæ MCCCXXIV *quinta feria proxima ante diem nativitatis beatæ Virginis, teste Domino Gerardo Comite Holsatiæ, & Stormariæ illustri avunculo nostro perdilecto.*

Hæc invicta argumenta. Pene omiseram ad annum cIↃ LX. Fresones penitius Boreales illos tractus visitasse. Verba sunt Adami Bremensis, qui circa illum, quem diximus, annum floruit.

Item retulit nobis beatæ memoriæ Pontifex Adalbertus, in diebus antecessoris sui quosdam nobiles de Frisia viros, causa pervagandi maris in Boream vela tetendisse, eo quod ab incolis ejus populi dicitur, VVirrahæ fluminis directo cursu in aquilonem nullam terram occurrere, præter illud mare quod Libercæ dicitur. Cujus rei novitate pervestiganda, conjurati sodales à littore Fresonum læto celeumate sunt progressi. Deinde relinquentes hinc Daniam,

Daniam, inde Britanniam, pervenerunt ad Orchadas. Quibus à læva dimißis, cum Nordmanniam in dextris haberent, longo tractu glacialem Island collegerunt. A quo loco maria sulcantes in ultimum septemtrionis axem, postquam retro se omnes, de quibus supra dictum est, insulas viderunt, omnipotenti Deo & sancto confessori, VVillebrado suam commendantes audaciam & viam, subito collapsi sunt in illam tenebrosam rigentis oceani caliginem, quæ vix oculis penetrari valeret. Et ecce instabilis oceani Euripus, ad mitia quædam fontis sui arcana recurrens, infelices nautas jam desperatos, imo de morte sola cogitantes, vehementißimo impetu traxit ad chaos. Hanc dicunt esse voraginem abyßi, illud profundum in quo fama est omnes maris recursus, qui decrescere videntur absorberi, & denuo revomi, quod fluctuatio dici solet. Tunc illis solam Dei misericordiam implorantibus ut animas eorum susciperet, impetus ille recurrentis pelagis quasdam sociorum naves abripuit, cæteras autem revomens excursu longo ab alteris post terga repulit. Ita illi ab instanti periculo, quod oculis viderant opportuno Dei auxilio liberati, toto nisu remorũ fluctus adjuvarunt. At jam periculum caliginis evadentes, & provinciam frigoris, ad quandam insulã altißimis in circuitu

scopulis ritu oppidi munitam insperate appulerunt. Quam visendorum gratia locorum aggressi, repererunt homines in antris subterraneis meridiano tempore latitantes: præ quorum foribus infinita jacebat copia vasorum aureorum, & ejusmodi metallorum, quæ rara mortalibus & pretiosa putantur. Itaque sumpta parte gazarum quam sublevare poterant, læti remiges festinè remeant ad naves. Cum subito retro se venientes contemplati sunt homines miræ altitudinis, quos nostri Cyclopes appellant: quos antecedebant canes magnitudinem solitam excedentes. Quorum incursu unus de sociis raptus est, & in momento coram eis laniatus, reliqui vero suscepti ad naves evaserunt, gigantibus (ut ferebant) pone in altum vociferando sequentibus. Tali fortuna comitati Fresones Bremam perveniunt, ubi Alebrando Pontifici ex ordine cuncta narrantes Christo & pio confessori ejus Willebrado reversionis & salutis suæ hostias immolarunt. Satis superque ex historia hac comparet, Fresones ad aquilonem navigiis contendisse, Daniam, Britanniam, Orcades, Islandiam, aliaque remotiora & ignota tunc temporis loca visitasse. Sed dicat aliquis, Parum hæc ad Hollandos facere, quæ de Fresonibus narrantur. Imo vero, quam maxime. Nemini enim, qui historiam illo-

orum temporum vel à limine tantum
lutavit, ignotum esse potest, Fresiæ no-
en latius se olim, quam hodie, exten-
sse. Quidquid in infetiore hac, sive se-
anda, ut passim loquitur Salvianus, Ger-
nania Rheno, Mosa, Schaldi Fluminibus
lluebatur, Fresonum, sive, ut nunc di-
imus, Frisonum nomine apud exteros
udiebat. Ita Teilam, Trajectum Rheni,
Flardingam, Rhenoburgum Frisiæ adscri-
bunt illius ævi scriptores. De Adamo cer-
e, quin hoc modo Fresonum nomen
usurpatit, nemo dubitabit, qui ad histo-
riæ ejus Ecclesiasticæ, cap. 34, sive, ut alii
distinguunt, 35, attenderit. Ibi enim
Noordtvicum, celeberrimum Hollandiæ
pagum, haud longe Lugduno Batavorum
dissitum, Frisiæ disertim adscribit. Verba
ejus, ne quis dubitet, adtexam. *Cum*, in-
quit, *modernis temporibus gravis Barba-
rorum in omni pene Francorum regno im-
manitas debaccharetur; contigit eos divi-
no judicio ad quendam Fresiæ pagum de-
volvi, qui in remotis ac mari magno vici-
nis locis situs est, Nordtvvike hunc appel-
lant.* Nihil certius quam Noordvicum,
illum Hollandiæ, quemadmodum dixi,
pagum, hoc loco denotari, qui & ipse
in ripa magni illius maris, ut loquitur
Adamus, positus est. Adeo ut quivis fa-
cile jam videat, non sine caussa ad Hol-
landos

landos etiam illa à nobis deduci, quæ
Fresonibus, apud vetustioris paullo æ
Scriptores memorantur. Non quod so-
lis Hollandis adscribi hæc velim, sed u
ostendam, in partem remotiorum ad bo-
reales illos tractus navigationum, antiqu
temporibus, cum vicinis gentibus Hol-
landos etiam venisse. Quod Heuterum
certe, in cæteris valide diligentem, later
non debebat. Aut cum lateret, iniquum
adeo & indignum socordiæ atque igna-
viæ crimen Hollandis non erat objectan-
dum. Quis credat generosam illam gen-
tem, quam avita semper virtus & auda-
cia agitavit, vicinis populis ad remotio-
res orbis plagas commerciorum caussa
navigantibus, domi solo suo & cineri
affixam sedisse? Leve tamen argumentum
illud esse nolim diffiteri. Nec profecto
hic ad ejusmodi, quæ fieri potuere, con-
fugere necesse habemus. A partibus no-
stris stant tabulæ publicæ, & fide digno-
rum Scriptorum Annales, ex quibus facta
scimus. Partim jam probavimus, nempe
annis MCCCXXIV, & XCI, & proximis
celebres frequentesque Hollandorum, vi-
cinorumque populorum navigationes in
Norvegiam, Daniam, & præcipue ejus
insulam Scaniam fuisse. Progredior ad
tempora propiora. Circa ann. MCCCCXVI
Guilhelmus Beuckeldius, primus Belga-
rum

am rationem haleces faliendi invenit, ui magni nominis pifcator, ann. MCCCC-LVII Biervlieti, extremum diem fuum laufit. Auguftus ille Imperator Carolus Quintus, tanti hujus inventum dicitur fe-iffe, ut anno MDLVI, Biervlietum una cum forore fua Maria, Hungarorum Regina, adpulfus, adito fepulchro faufta omnia ejus manibus fuerit adprecatus. Notatum in annalibus Hollandorum, anno CIↃ CCCCXVI primas naves Halecarias (*Buyfas* vocant) ex Hollandia folviffe, cum antea non nifi minoribus navigiis, (quæ *Slabbaerts* dicebantur) ad halecum capturam, & Halecibus non nifi aut recens captis, aut fumo induratis uterentur. Qua igitur fronte negare audet Heuterus, Hollandos adhuc anno CIↃ CCCC XCII halecum capturam penitus ignoraffe? Haud dubie aliud agenti hæc tam falfa, & inepta excidere. Aut partium ftudio occæcatus cum Hollandiæ ignominia Flandrorum gloriam voluit promovere. Quod vitium longe ab eo exulare debet, qui rerum, quas defcribendas fufcepit, fidem profitetur. Sed vitium fæculi plerofque tranfverfos agit. Pauci admodum ad hiftoriam incorruptos animos adtulere. Aut invidia fcriptorum deprimuntur, quæ magna & illuftria fuere, aut gratia eorum, inter magna haben-

habentur, quæ annalibus ne quidem i[nſe]ri meruere. Flandriæ nihil quidem d[e]tractum volo, Hollandorum tamen glo[riam], quæ apud omnes in confeſſo eſt, p[er] ejus laudes deturpari quis ferat? Veniat i[n] hanc ſcenam quoque Albertus Krantſius, qui qua integritate Wandalorum res deſcripſit, ita etiam ad ann. cIↃ CCCCXXI magnis vaſtiſque Hollandorum navibu[s] Mare Balticum ſulcatum fuiſſe diſertim tradit, in hiſtoria belli, quod Lubecenſes, aliique eorum fœderati cum Danorum rege geſſere, *Rex*, inquit, *Hollandinorum magnas naves, quæ ad anchoram ſtabant in portubus regni* (Danici) *armare conſtituerat & civitatum* (Lubecenſis & ſociarum) *claſſi opponere. Prævenientes urbici anchoris, velis, & funalibus eas naves privavere, quo inutiles regi eſſent.* Anno etiam cIↃ CCCCXLI Hollandi navium & robore & frequentia Mari adeo valebant, ut populi iſti Orientales, qui *Ooſterlingi* in annalibus illorum temporum vocantur, invidia tacti, junctis cum Hiſpanis, Venetis, & Prutenis viribus, Hollandis bellum intulerint, navigationes eorum intra anguſtiores limites conſtringere conati. Primo acerrimi illius belli impetu nonnihil detrimenti res Hollandorum accepere. Philippus Burgundus, Hollandiæ Zelandiæque Comes, in pacem magis,

quam

uam bellum pronus (unde & Boni ac-
epit cognomentum) nihil eorum præ-
rmisit, quæ conciliandis animis facere
idicabat. Stato die Vandalorum & Hol-
ndorum legati in unum convenere, de
ace instauranda acturi. Sed verò nihil
ffectum, dum utriq; & caussæ suæ æqui-
atem, & gravissima, quæ acceperant,
amna prætulere. Quamobrem de bello
najore utrinque vi gerendo cœptum est
ogitari. Hollandi, natus ad navales pu-
nas populus, educta numerosa classe,
uidquid hostium obvenerat deprædati,
magnum illis terrorem incussere. Ita et-
am cum Venetis, Hispanis, cæterisque
actum, qui in exitium Batauorum cum
Vandalis juraverant. Prima expeditione
viginti hostium naves Hollandi debella-
vere. Venetorum etiam classis, exotica-
rum mercium dives, virtuti eorum succu-
buit, quæ primo direpta, mox flammis
est devota. Sic ut maris principatum Hol-
landi tunc temporis obtinere viderentur.
Prodidere Annales, eos in malo scopas
pro signo prætulisse, tanquam mare ve-
lut Augiæ stabulum, à piratis, eorumque
rapinis expurgaturi. Triennium totum
hoc tam acre bellum absumpserat, cum
Vandali, virtutem Batavorum per clades
suas experti, sustinendisque eorum viri-
bus impares; duodecennii inducias pepi-
gere,

gere, Dani, & Pruteni æternam pacem firmavere. Litteras etiam, ut notat Clarissimus, Doctissimusque Pontanus, cognatus & amicus noster lib. x. rerum Danicarum, anno millesimo, & supra quadringentesimum quadragesimo septimo Christophorus ejus nominis tertius Daniæ Rex, non unas evulgari curavit, quibus populorum vicinorum immunitates ac privilegia voluit asserta. In his Hollandiæ Zelandiæque, Frisiæque incolis, qui Balthicum mare, hasque Boreæ oras navigationibus, suisque commerciis adirent, libere ire, ac redire, suaque exercere negotia, ac omnibus, quas à majoribus ipsius accepissent, prærogativis ac privilegiis, uti, frui, idque ob merita, quibus iidem indigenæ atque incolæ sibi jam dicta regna sæpenumero devinxissent, inque posterum suis officiis demereri, ac sibi devincire possent, clementer concessit. Hi Codicilli signati Hafniæ die Beati Clementis, qui fuit xxv Novembris. Quo eodem quoque die signatæ & aliæ Christophori item Regis litteræ, quibus sibi nomine dictarum regionum Hollandiæ, Zelandiæ, atque Frisiç adnumeratam profitetur summam quinque millium florenorum Rhenensium, quos sibi vi certi contractus eædem provinciæ debebant. Easque, ut & mercatores earundem ditio-

num omnes hac parte suo & posterorum suorum nomine esse solutos & liberos pronunciat. Quin & inter easdem hasce provincias, ac Boreæ regna, Regemque Christophorum hæsisse controversum tum quiddam codicilli alii dati circa idem fere tempus indicare videntur, ob tractatum, qui jam ante quidem utrimque pactus, sed minus servatus existimabatur. Hinc naves aliquot tam Hollandorum, quam Zelandorum, & Frisiorum, ex peculiari regis decreto Hafniæ circa festum Iacobi detentæ. Ac mox missi componendi hujus negotii ergo à Duce Burgundiæ, Philippo Bono, delegati, qui Hafniæ cum regis vicissim delegatis rem propius inspicerent. Qui & eo tandem litem deduxerunt, ut, rege pacato, triennium insuper negotiatoribus concederetur, intra quod singulis, qui se aliqua affectos injuria quererentur, jus suum persequi integrum relinqueretur. Et Danis quidē, Suecis, ac Norvegiis Hagæ Comitis in Hollandiæ Curia, & Hollandis vicissim, Zelandis, ac Frisiis Hafniæ, si penes Danos culpa hæreret. Huic conventui ex parte Hollandorum interfuere Samson, quem & Simonem alii appellant, Lalaing, Dominus de Opperboys, Arnoldus à Gent, Dominus in Gasenborch, Ioan. Heyneus, Ioann. Rosa, & Gerardus Nordwich. Quo altius vela

hujus dissertationis expando, eo minus Heutro possum credere, qui in tanta rerũ & auctorum luce adhuc voluit cæcutire. Voluit, dixi, quia vix aliter huic homini possum persuadere, quam invidiam Heutero ad hæc dicenda faces subdidisse. Neminem sane futurum arbitror, qui hic mihi fidem non habebit. Illos excipio, & rideo, qui rerum veritatem non in Democriti, quod ajunt, puteo, sed in animo suo repositam arbitrantur, &, præpostero quodam impetu, non credunt, nisi quod volunt. Quod hominum genus, cujus ætas nostra admodum est fœcunda, pervicaciæ suæ relinquentes, meliora judicia ab illis exspectamus, qui nec amore, nec odio occæcati, veri indagatores animos cum integritate quadam ad hæc dijudicanda possunt conferre. Quorum ingenio confisus, telam hanc porro detexam, è qua nec Heuterus, nec qui hac in parte in ejus sententiam abiere, unquam sese poterunt expedire. Quomodo anno cIɔ cccc xcii Hollandi Zelandique Norvegiæ oram, ex auditu tantum cognoverunt, cum præter alia huc spectantia, quæ jam recensuimus, anno cIɔ cccc xlv Zericzeensibus in Zelandia positis potestatem commercia sua in Norvegia exercendi, Christophorus Danorum Rex his litteris indulserit; quas ab Amplissimo

Clarissimmo Adriano Hoffero transmissas, Ioannes Isacius Pontanus, Danicæ suæ historiæ inseruit.

Nos Christophorus, Dei gratia, Daniæ, Sueciæ, Norvagiæ, Vandalorum, Gothorumque Rex, Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, constare omnibus volumus has lecturis, & maxime regni nostri Norvagiæ dilectis fidelibus præfectis, Iudicibus, Consulibus ac Senatoribus, aliisque civitatis nostræ Bergensis incolis atque indigenis, indulsisse nos civibus ac civitati Ziriczeensi, quæ est in Comitatu Zelandiæ, liberè ac tuto intra regnum nostrum prædictum Norvagiæ, exceptis Islandia aliisque invicem insulis prohibitis, negotia sua commerciaque exercere, solutis quæ pro more debentur oneribus ac vectigalibus. Quapropter mandamus ac imperamus prædictis nostris judicibus, præfectis, cæterisque, ut prænominatos cives oppidi Ziriczeensis intra regnum nostrum Norvagiæ negotiantes, provehant ac promoveant, eisque commodent ac esse adjumento velint, nec ipsis ullo modo molestiam exhibere quenquam permittant: nisi regiam nostram incurrere inclementiam cupiant, idq; quãdiu hac nostra fruentur gratia. Datum in arce nostra Hafniensi anno Domini 1445.

Navigationes istæ in Norvegiam halecum pręcipue, & lignorum, quorum regio illa

illa est feracissima, causa institutæ. Circa idem fere tempus factum in Zelandia, quod, quia propius huc spectat, neutiquam silentio involvendum. Auctorem habeo Franciscum Haræum in Ducum seu Principum Brabantiæ Annalibus, ubi res Philippi Boni persequitur, anno cIↃ. CCCCLXV, cum in gratiam Pontificis Romani, Philippus classem adversus Turcas in Belgio pararet, apud Zelandos duodecim validissimas triremes, multasque onerarias instructas fuisse, quibus decem millia lectorum militum imponebantur. Præerant illis Antonius ac Balduinus, Philippi filii, sed nothi. Sic in Fretum Herculeum, in ipsam Africam Zelandorum naves perrupere. Quid ais Heutere, Hollandos Zelandosque imbelles, finitimas tantum Frisiæ, Saxoniæque oras, ad annum cIↃ CCCC XCII legere assuetos, remotiores navigationes ignorasse? Si certa illa sunt, quæ jam narravimus, quam longe à vero abiisti? Certa autem nostra esse nemo, scio, negabit, nisi qui publicarum tabularum fidem, & unanimem Historicorum consensum in dubium statuit vocare. Videamus hic, si placet, elegias anonymi illius Poëtastri, qui circa annum cIↃ CCCCL floruit, & præcipuas Hollandiæ urbes versibus celebravit. Versus quidem sunt delicatis auribus indigni, ab hoc
loco

loco tamen & instituto non alieni, quia commercia & navigationes, quibus Hollandi tunc temporis floruere, liquido ob oculos ponunt. In Elogio Vrbis Dordracenæ ita inquit,

Congrua vendenti es varias res & ementi,
Non longe salsis namque jaces ab aquis,
Ad te mille rates veniunt, variis oneratæ
Mercibus, innumeris rebus, & ingenuis.

Vbi Amstelodami meminit, sic eam alloquitur;

Oppida mercando superare propinqua videris,
Vnde tibi gasæ copia multa fluit,
Est maris ingenuus portus tibi, namque feruntur
In te diversis quo bona multa locis.

Satis argumentorum pro rei veritate jam impendi, quam nemo jam non videt. Errasse se, si superviveret, ne quidem Heuterus ipse negaret. Meatum partium esse putavi, pro ejus gentis gloria decertare, cujus commercia unus orbis non capit.

FINIS.

TRACTATVS

PACIS, MVTVI COMMERCII,

SIVE

INTERCVRSVS NAVIGATIONVM.

Confirmatus Londini anno cIↄ ccccxcv, *inter Henricum Septimum Angliæ regem, & Philippum Archiducem Austriæ, Ducem Burgundiæ, &c.*

Ex Bibliotheca

MARCI ZVERII BOXHORNII.



TRACTATVS PACIS ET MVTVI COMMERCII, *Sive* INTERCVRSVS MERCIVM,

Conclusus Londini Anno 1495, die Februarii XXIV.

INTER

Henricum septimum, Regem Angliæ, & Philippum Archiducem Austriæ, Ducem Burgundiæ, &c.

OMNIBVS & singulis præsentes literas visuris audituris & inspecturis, Reverendus in Christo Pater, & Dominus, Dominus Richardus Duvelmensis Episcopus, Custos privati Sigilli magni illustrissimi Regis Angliæ, Ioann. Welles, Vice-Comes de Welles, Ioannes Kendal, Prior domus S. Ioan. Ierusalem in Anglia, Wilhelmus War-

Warham legum Doctor, Magister ac Custos Rotulorum Cancellar. domini Regis, Christophorus Vrsvvick Archidiaconus Richemond, & Ioannes Rijsley, Miles, Ambassiatores, Procuratores, & Commissatii, in hac parte Serenissimi ac metuendissimi domini nostri supremi Henrici, Dei gratia, Regis Angliæ & Franciæ, Domini Hiberniæ Sabitten: Notum facimus, quod cum potiora mortalibus dona ac superis tradi nequeant, quam bona pacis, & longo rerum usu ac ratione semper cognitum sit, pacem esse summum illud præcipuum munus, quod humano generi conducere queat: Satisque compertum sit, quod calamitates & ærumnæ passim è bello exoriuntur; quod vero commoda, pax certa & stabilis undique contulerit: Idcirco nos, quantum fructus & utilitatis Regni Angliæ, & terrarum ac provinciarum domini Archiducis Austriæ, Incolis & subditis, ex pace & amicitia, ante hac inter ipsos Principes Prædictos, inito & contracto, accreverit, plene cognoscentes, nos pro prædicto Serenissimo Principe nostro Angliæ Rege antedicto, suique Hæredes & Successores, atque ejus nomine, & eorum auctoritate nobis ab eodem Rege nostro per literas suas patentes commissa, quarum Tenor inferius sequitur.

Cum

CVM *Nobili Viro Dom. Philippo, Domino de Bevres, locum tenente Gubernatore & Capitaneo generali Arthesiæ, & Admirallo, Domino Paulo de Beanst, Domino de Vermissellii, Præside Flandriæ, Roberto de Mellum, Domino de Ronny, Camerario, Daniele de Prat, Domino de Mermerario, Daniele de Prat, Domino de Mervved Camerario, & superiore Ballio Flandriæ, Ioanne de Cortavilla, Thoma Portunar, Conciliario & Magistro, Florentio Hauvel Secretario, ordinar. Ambassator. Procurator. legatis & Nunciis, ac infra scripta, per ipsius Domini Archiducis literas patentes deputatis, quarum etiam Tenor inferius sequitur, convenimus, contraximus, & conclusimus, & per præsentes convenimus, contrahimus, & concludimus omnes, & singulos pacis, amicitiarũ, Mercium Intercursus, & Mercatorum communicationes, sequentes articulos.*

COPIA.

CAPITVLVM I.

Vera & integra Pax.

IN primis Conventum, concordatum, & conclusum est: Quod ab hoc die, sit bona, sincera, vera & integra, perfecta & firma amicitia, liga confederatio, Pax & unio, per terram, mare, & aquas dulces, futuris temporibus perpetuo dura-

duratura, inter dictos Dominos Regem & Archiducem, eorumque successores & hæredes, Regna, patrias & Dominia, terras, Vassallos & subditos quoscunq; præsentes & futuros, tam Clericos quam Seculares, cujuscunque gradus seu Conditionis existant, etiamsi Archiepiscopali, Ducali, vel minori dignitatum statu aut gradu præfulgeant. Ita quod prædicti Vassalli & subditi hinc inde ubique locorum sibi invicem favere, seseque mutuis officiis prosequi, & honesta affectione pertractare teneantur, *possintque tam per terram, quam per Mare & aquas dulces, ad dicta Regna, patrias, dominia & terras, Civitates, Oppida & Villas, munitas & non munitas, firmatas aut non firmatas, portus & districtus quoscunque, & eorum quodlibet, hinc inde tute, libere, & secure accedere; intrare, & in eisdem quamdiu voluerint commorari & conversari, ac ibidem Victualia, & alia eis necessaria quæcunque, sine quacunq; contradictione, emere & vendere: Nec non ab ejusdem Regnis, patriis, dominiis, terris, Civitatibus, Oppidis, Villis, portubus & districtibus, & eorum quodlibet toties quoties eis libuerit ac partes proprias vel alienas quascunque cum suis conductis aut accommodatis* navigiis, plaustris, vehiculis, equis, armaturis, mercimoniis, farcinulis,

ulis, bonis & rebus quibuscunque, *ire, ecedere, ac remitti, quemadmodum proriis in patriis, hæc omnia eis facere licet, & sicut proprii subditi locorum & patriaum illarum facere poßint.* Ita quod nulo salvo conductu, aut licentia generali vel speciali indigeant; nec in aliquo locorum prædictorum salvum conductum vel licentiam petere teneantur.

CAPITULUM II.

Nihil attentabitur contra hanc pacem.

Item, conventum, concordatum, & conclusum est: Quod neuter dictorum Principum, nullusque Hæredum aut Successorum suorum, contra alium, ejusve Hæredes aut Successores, quicquam aget, faciet, tractabit vel attentabit, quocunque in loco, sive in terra, sive in Mari, portubus, vel aquis dulcibus, occasione quacunque, nullumque præstabit auxilium, consilium, favorem vel assensum, quod per alium vel alios quoscunque aliquid fiat, agatur tractetur vel attentetur in injuriam vel damnum, alterius ejusve Hæredum aut Successorum: Sed quibusque (sicut præmittitur) contra alium, intra Regnum, patrias, dominia, aut terras suas prædictas, aliquid agentibus tractantibus

tibus vel attentantibus expressè & cum effectu contradicet, renitetur, & impedimentum realiter præstabit.

CAPIT. III.

Non invaduntur hostes, sed auxilium rogatus Princeps præstabit.

Item, conventum est ut supra: Quod neuter, imo nulla partium prædictarum, præstabit auxilium, consilium vel favorem notoriis hostibus vel inimicis alterius partis, tam per mare, terram, vel aquas dulces, infestare vel invadere volentibus: sed bona fide, & mutuis auxiliis militaribus gentium, armatorum, expensis tamen opem interpellantis quoties opus fuerit adjuvabunt, in quorum auxiliorum præstatione quoad numerum attinet armatorum, habenda erit facultatis ratio illius partis, quæ ad ferendam opem rogabitur seu interpellabitur, ut scilicet ad non plus teneatur, quam tunc commodè facere poterit considerata temporis & locorum opportunitate, ac statu rerum suarum.

CAPIT. IV.

Rebelles non recipiendi.

Item, conventum eſt ut ſupra : Quod neutra partium prædictarum Rebellem vel Rebelles, profugum vel profugos alterius partis, in ejus Regna, patrias, dominia, terras, portus aut diſtrictus, aut eorum aliquem recipiet; nec eis, aut eorum alicui, in eiſdem, eorum vel aliquo aut alio quocunque loco, etiam extra eorum Regna, patrias, dominia, terras, portus aut diſtrictus, auxilium, conſilium, hoſpitium, gentes armorum, naves, pecunias, vel Victualia præſtabit ac miniſtrabit, nec ab alio aut aliis quibuſcunque in ejus Regna, patrias, dominia, terras, portus aut diſtrictus recipi; nec eis, aut eorum alicui, in eiſdem auxilium, conſilium, favorem, hoſpitium, gentes armorum, naves, pecunias, ac Victualia, dari, præſtari, miniſtrari, & concedi permittet, ſed expreſsè & cum effectu contradicet, obſtabit, & impedimentum realiter præſtabit.

CAPIT. V.

Rebelles per literas renuncias amovendi & proscribentur.

Item, conventum, conclusum est, &c. Quod si altera partium prædictarum aliquem vel aliquos, suum vel suos fuisse, & esse Rebellem vel Rebelles, profugum vel profugos, & in sua Regna, patrias, dominia, terras, portus vel districtus, aut eorum aliquem receptum esse, vel receptos, aut ibidem latitare, aut se tenere, per litteras suas alteri significaverit & declaraverit: tunc pars illa quæ hujusmodi literas receperit, vel cui taliter significatum aut declaratum fuerit, hujusmodi Rebellem vel Rebelles, profugum vel profugos, intra mensem à die significationis præcedente, proximo, & continue numerandi tenebitur dicto Rebelli vel Rebellibus, profugo vel profugis, præcipere & mandare; vel præcipi & mandari facere, ut extra sua Regna, dominia, patrias & terras, & eorum quodlibet recedat & exeat, recedant & exeant, & si intra quindecimam diem à die hujusmodi præcepti non recesserit & exierit, tenebitur illum & illos illico proscribere & bannire sub pœna capitali, & talem proscriptionem sive Bannũ contemnentem vel contemnentes eadem pœna effectualiter puniet, seu puniri faciet.

CAPIT. VI.

Quod Rebelles non recipiantur in aliquo Territorio.

Item, præfati Oratores, Commissarii, Procuratores & legati dicti Domini Archiducis, & pro eodem Archiduce, ac ejus nomine: hæredumque & successorum suorum Oratoribus, Commissariis, Procuratoribus & Legatis dicti Illustrissimi Regis Angliæ, & pro eodem Rege & nomine, ejusque hæredum & successorum suorum stipulantibus, palam & expresse promiserunt: quod nullus Rebellis præfati Illustrissimi Regis Angliæ, ejusque hæredum & successorum, in aliqua castra, oppida, villas, portus, districtus, vel alia loca, quæ Illustrissima Domina Margareta, Illustrissimi Domini Caroli Ducis defuncti, relicta, aut aliqua persona cujuscunque status aut dignitatis existat, infra patrias, Dominia & terras dicti Domini Archiducis, jure Dotalitio, vel alio Titulo quocunque, habet, tenet seu possidet, aut in aliquod de cætero recipietur, nec per eam, aut per aliam quamcunque personam, recipi permittetur aut tolerabitur: nec alicui hujusmodi Rebelli in locis prædictis, aut aliis quibuscunque in navibus, gentibus armorum, pecuniis, victualibus, aut alio quocunque modo, con-

cilium,

silium, favorem, aut auxilium per ipsam Dominam Margaretam, vel aliam quamcunq; personam, de cætero dari aut præstari permittet aut tolerabit, sed eam aut aliam quamcunque personam hoc facere palam & expresse prohibebit & impediet.

Et si contra hujusmodi conventionem dicta Domina Margareta, aliæ personæ quæcunque præfato Domino Archiduci subditæ, aliquid attentaverit, vel attentari fecerit: Quod tunc præfatus Dominus Archidux, tam dictam Dominam Margaretam, quam alios sic attentantes, omnibus & singulis, quæ jure Dotis, aut alio Titulo quocunque in Castris, Villis, Oppidis, & aliis locis prædictis, se habere, tenere, aut possidere prætendet, aut prætendent, posteaquam eum aut eos aliquid contra hujusmodi Conventionem attentasse constiterit, realiter & cum effectu perpetuo privabit, & privari faciet. Et Regis Commissarii, Procuratores deputati Illustrissimi Regis Angliæ, pro eodem Domino Rege & ejus nomine, ac hæredum & successorum suorũ Oratoribus, Commissariis, Procuratoribus & Legatis Illustrissimi Domini Archiducis, pro eodem dicto Archiduce, & ejus nomine, nec non hæredum & successorum suorum stipulantibus, palam & expresse promiserunt: Quod nullus Rebellis præfati Domini Archidu-

chiducis, ejusve hæredum aut successorum, in aliqua Castra, Oppida, Villas, portus, districtus, vel alia loca, quæ subditi prælibati Domini Regis cujuscunque status aut dignitatis fuerit, infra Regna; patrias & Dominia sua, quocunque Titulo tenent, habent, aut possident, aut in posterum habere, tenere, aut possidere continget, aut in eorum aliquid de cætero recipietur, nec per eos aut eorum aliquem recipi permittetur aut tolerabitur: Nec alicui hujusmodi Rebelli in Navibus, gentibus armorum, pecuniis, victualibus, aut alio quocunque modo, consilium, auxilium vel favorem per ipsos subditos aut eorum aliquem, dari aut præstari permittet aut tolerabit, sed ipsos & singulos quoscunque facere palam & expressè prohibebit & impediet. Et si contra hujusmodi Conventionem subditi Illustrissimi Regis Angliæ aut eorum aliquis, aliquid attétaverit, vel attentari fecerit: Quod tunc præfatus Dominus Rex, omnes & singulos sic attentantes, omnibus & singulis, quæ quocunq; Titulo in Castris, Oppidis & Villis, & aliis locis prædictis, se habere, tenere, aut possidere prætendant, illum, illosve ipsius subditos, contra hujusmodi Conventionem attentasse constiterit, Realiter & cum effectu, perpetuo privabit, & privari faciet.

CAPIT. VII.

In omni confœderatione cum aliis Principibus reservatio, si voluerint.

Item, Conventum est ut supra: Quod dictus Illustrissimus Dominus Rex Angliæ suique hæredes & successores, in quibuscunque confœderationibus & amicitiis cum quovis Principe, Vniversitate, communitate, societate, aut aliqua alia persona deinceps contrahendis, dictum Dominum Archiducem, suosque hæredes, & successores, reservabunt & comprehendent, si reservari & comprehendi voluerint: Et pari modo idem Serenissimus Dominus Archidux, ejusque hæredes & successores, in quibuscunque suis confœderationibus & amicitiis cum quovis Principe, universitate, communitate, societate, aut alia qualibet persona deinceps contrahendis, præfatum Illustrissimum Regem Angliæ, ejusque hæredes & successores, reservabunt & comprehendent, si reservari & comprehendi voluerint.

CAPIT. VIII.

Amici & confœderati utriusque partis comprehenduntur in hoc fœdere.

Item, Quod ipsi præsenti Tractatu Pacis

cis & amicitiarum comprehendantur alligati, amici & confœderati utriusque partis, illi, & videlicet qui in literis confirmatoriis hujus præsentis Tractatus per ipsos Principes denominabuntur, si comprehendi voluerint.

CAPIT. IX.

Licet attentatum sit contra, tamen fœdus durabit.

Item, Conventum est ut supra: Quod si durantibus Pace & amicitiis præfatis, aliquid contra vires & effectus eorundem, per terram, Mare & aquas dulces, per aliquem ipsorum Principum eorumve hæredum & successorum, vel eorundem Vasallos, subditos, alligatos, aut eorum alligatorum hæredes seu successores, in his amicitiis comprehensione subditos vel Vasallos fuerit attentatum, actum & gestum, nihilominus hæc pax & amicitia in suis viribus & effectu permanebunt, & pro ipsis attentatis solummodo punientur ipsi attentantes & damnificantes, & non alii.

CAPIT. X.

Item, Conventum est ut supra: Quod omnes Mercatores, tam Regni Angliæ, Dominii Hiberniæ Villæ & Marschalliæ,

Calisiæ, &c. quam etiam Mercatores terrarum & patriarum, Brabantiæ, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ; Villæ & terræ Mechliniæ, & aliarum patriarum & dominiorum Domini Archiducis prædicti, tam Mercatores *Lanarum, Coriorum, Victualium, quam aliarum Mercantiarum quarumcunque nec non eorum factores familiares, negotiorum gestores & ministri, poterunt deinceps per terram pedestres aut equestres, aut alio modo quocunque, armati vel non armati* (dummodo armati simul incedentes quadragenarium numerum non excedant) *cum & sine Bonis & Mercantiis secure & libere ire & venire, invicemque communicare, & mercari, emere & vendere, ac Commercium facere & habere, tam de mercantiis Lanarum, Coriorum, Victualium, armorum, equorum, jocalium, quam aliis quibuscunque, ipsaque ducere & reducere, sive duci & reduci facere, ad eorum libitum & voluntatem*, de Calesia & Marchia ejusdem, ac aliis quibuscunque partibus Regni Angliæ & Dominii Hiberniæ in Brabantiam. Flandriam, Hannoniam, Hollandiam, Zelandiam, Mechliniam, ac alia dominia præfati Archiducis: Et è contra de Brabantia: Flandria, Hollandia, Zelandia, & Mechlinia, ac dominiis præ-
fati

fati Archiducis in Villam & Marchiam Calisiam, & alias quascunque partes Regni Angliæ & dominii Hiberniæ, *absque aliquo impedimento aut prohibitione quacunque in contrarium, & absque eo quod propterea aliquam mulctam vel pœnam incurrant*, seu quod per dominos patriarum terrarum & dominiorum prædictorum hinc inde redargui, accusari, puniri vel mulctari *statutis & ordinationibus locorum in omnibus semper salvis.*

CAPIT. XI.

Liber mercatus in locis ubi telonia solvuntur.

Item, Conventum est ut supra: Quod omnes Mercatores Regni Angliæ, Dominii Hiberniæ, Villæ & Marchiæ, Calisiæ, &c. tam Mercatores Lanarum, Coriorum, Victualium, armorum, equorum, jocalium, quam aliarum Mercantiarum quarumcunque, nec non eorum factores, familiares, negotiorum gestores & ministri, nautæ, Magistri navium, & Marinarii, poterunt navigare, ire, transire, & redire per Mare & aquas dulces, eundo & redeundo conversari, esse, & morari securè & liberè in patriis, dominiis, & terris præfati domini

 Archi-

Archiducis, & etiam in portubus & littoribus patriarum, terrarum, & dominiorum prædictorum, per ipsum dominum Archiducem auctoritatis, in Villis videlicet ubi Custumarii & alii Officiarii Archiducales sunt ordinati, ad vacandum & attendendum pro & super introitu & exitu Navium, Mercatorum & Mercantiarum, & non alibi, nec in aliis locis cum eorum bonis, Mercantiis, & navibus prædictis quibuscunque. Et cum Mercatoribus patriarum, terrarum & dominiorum præfati domini Archiducis, seu eorum factoribus, familiaribus & Negotiorum gestoribus & Ministris: nec non cum omnibus aliis Mercatoribus, cujuscunque Nationis existant & eorum Factoribus, familiaribus, negotiorum gestoribus & Ministris de quibuscunque Mercantiis tam Victualium, quam aliis, liberè mercari, emere, habere & vendere, ac Mercantias facere: poteruntque ad, & in prædictos portus & littora patriarum, terrarum & dominiorum præfati domini Archiducis, *tam eorum propria bona, quam aliena ducere, vel duci facere*, & ab ipsis portubus seu littoribus quotiescunque, quandocunque & quocunque voluerint, securè recedere & redire, cum eorum bonis, Mercantiis & Navibus prædictis quibuscunque. Et pari

modo

modo Mercatores patriarum, terrarum & dominiorum præfati domini Archiducis, tam *Lanarum, Coriorum, Victualium, & aliarum Mercantiarum qualiumcunque*; nec non eorum Factores, familiares, negotiorum gestores & Ministri, Nautæ, Magistri navium & marinarii, poterunt de cetero securè & liberè navigare, ire, transire & redire Mare & aquas dulces, & eundo & redeundo conversari, esse, & morari in dictis Regni Angliæ & Hiberniæ dominio, Villa & Marchia, Calesia, &c. in portubus & littoribus ipsorum per præfatum Dominum Regem Angliæ auctorisatis, in Villis videlicet. *Vbi Custumarii & alii Officiarii Regii* sunt ordinati, ad vacandum & attendendum pro & super introitu & exitu Navium, Mercatorum & Mercantiarum & non alibi, cum eorum bonis, Mercantiis & Navibus prædictis quibuscunque, & cum Mercatoribus Angliæ, Hiberniæ, Calesiæ & Marchiæ ejusdem, seu eorum factoribus, familiaribus negotiorum gestoribus & Ministris de quibuscunque Mercantiis, tam Victualium quam aliis, liberè mercari, emere & vendere, ac Mercantias facere, poteruntque ad & in prædictos portus Angliæ, Hiberniæ & Calesiæ, *tam eorum bona propria quam etiam aliena ducere.*

vel duci facere, & ab ipsis portubus, seu littoribus, quotiescunque, quandocunque & quocunque voluerint, liberè & securè recedere & redire, cum eorum bonis, Mercantiis & Navibus, absque eo quod ipsi propterea per Dominos Regnorum, dominiorum, patriarum & terrarum prædictarum, seu eorum Officiarios, quovis pacto redargui, vel aliqua pœna mulctari possunt: Seu quod per eosdem ipsis mercatoribus aliquod damnum, præjudicium, vel impedimentum fieri aut inferri possit, per viam facti occasione guerræ vel deprædationis, aut attentatorum factorum vel fiendorum, vel alio modo ex causa quacunque, solvendo tamen quantum attinet ad mercatores utriusque partis partium prædictarum pro rebus, bonis & mercantiis suis, jura & telonia, quæ ante 50 annos proxime elapsos, *statuta, solita, & consueta fuerunt, & non alia*. Et nihilominus poterunt utriusq; partis Principes in Dominiis suis, quo ad subditos suos, talia jura & telonia quæ voluerint, de novo instituere; poterunt etiam non obstantibus prædictis, causa necessitatis, victualia & alia (justa & rationabili causa) prohibere, & defendere, ne tale genus Victualium quod eis magis videbitur expedire, à dominiis extrahatur.

CA-

CAPIT. XII.

Victualia defendere causa necessitatis.

Item, Conventum est ut supra: Quod mercatores utriusque partis partium prædictarum, & eorum factores, familiares, negotiorum gestores & ministri, nec non magistri navium, marinarii & nautæ, poterunt licite ducere, portare & habere cum illis & super illos in eorum navibus arma invasiva, defensiva, cujuscunque generis fuerint, ad se, eorum corpora, bona, mercantias & naves, salve & secure contra quoscunque servandum & defendendum tam eundo, & redeundo per mare & aquas dulces, quam morando in aliquo portu partium prædictarum, ac cum applicuerint, quotiescunque, ubicunque, quandocunque, & quacunque hora id contigerit, eorum gladios, dagatios, lanceos, & cultellos secum usque ad terram & per terram ad eorum hospitia, libere & impune deferre & portare, prius tamen quod in eorundem hospitiis, gladios & lanceas deponent & relinquent, quousque ad eorum naves, redierint.

CAPIT. XIII.

Mercatoribus utriusque Principis tutum libere habitare.

Item, Conventum eſt ut ſupra: Quod mercatores utriuſque partis partium prædictarum, ac eorum factores familiares, negotiorum geſtores & miniſtri, nautæ, magiſtri navium & marinarii tuto & ſecure morabuntur in Regnis, dominiis, terris & patriis Principum prædictorum, & eorum utriuſque. Nec non in eorum portubus & littoribus cum eorum bonis, navibus & mercantiis quibuſcunque abſque eo quod ipſi vel eorum aliquis ullum damnum, injuriam, vel præjudicium aliquod, aliis mercatoribus cujuſcunque alterius nationis, aut eorum factoribus, negotiorum geſtoribus, miniſtris, nautis, magiſtris navium aut marinariis facient, aut fieri procurent. Et quod mercatores aliarum patriarum, nationum, eorum factores, negotiorum geſtores, miniſtri nautæ, magiſtri navium & marinarii, mercatoribus & ſubditis alicujus Principis, Principum prædictorum, nullum damnum, injuriam, vel præjudicium aliquod in locis prædictis inferant, aut inferri procurent.

CAPIT. XIV.

Piscatoribus utriusque Principis subditis tam per Mare quam terra liberum commeatum fore.

Item, Conventum est ut supra, Quod Piscatores utriusque partis partium prædictarum cujuscunque Conditionis existant, poterunt ubique ire, navigare, per mare secure piscari, absque aliquo impedimento, licentia, seu salvo conductu. Et si contingat aliquos ex Piscatoribus unius partis, per fortunam, tempestatem maris, vim hostium aut alio modo compelli intrare in aliquem portum vel districtum alterius partis; Idem pacifice & amicabiliter recipientur & tractabuntur, solvendo in locis ubi applicabunt jura & telonia prædicta, & ab aliis portubus & locis poterunt libere recedere, & redire cum eorum navibus & bonis, sine impedimento vel contradictione quacunque: Dummodo tamen per ipsos Piscatores non committatur fraus neque dolus, seu per eos aliis damnum minime fiat.

CAPIT. XV.

Piratæ non recipiendi.

Item, Conventum est ut supra: Quod in

in nullis portubus aut littoribus partium prædictarum, aut eorum alterius Piratæ, aut alii, sine auctoritate suorum Principum guerram super mare facientes, sive Natione partium prædictarum, aut alterius Nationis cujuscunque fuerint, aliquo modo receptabuntur, neque ipsis, aut eorum alicui, ibidem seu alibi, in Regnis, patriis, dominiis, & terris, Principum prædictorum, in pecunia, armis, instrumentis bellicis, victualibus, aut alia re quacunque, aliquo pacto auxilium præstabitur, nec favor quo quis quæsito colore præbebitur sub pœna resartionis & restitutionis omnium damnorum, expensarum, & interesse subditis prædictis, aut eorum alicui, per hujusmodi Piratas aut violentos deprædatores illatorum & fiendorum, tam per ipsos Piratas, si deprehendantur, & solvendo sint, quam etiam per eorum receptatores, factores & auxiliatores. Qui quidem Piratæ & deprædatores, eorumque factores & auxiliantes, ad hæc præcisa & summaria cognitione cogentur tam in personis quam bonis, per locorum seu districtuum Officiarios, ubi talia contigerint. De quibus damnis, expensis & interesse, si alias probari non poterunt, stabitur fidei & juramento damnificatorum. Et si contingat hujusmodi Piratas, deprædatores, eorum

orum factores & auxiliantes, super hu-
ısmodi Piratica deprædatione , favore
el auxilio ut permittitur convinci, quod
unc hujusmodi Piratæ, deprædatores,
orum fautores & auxiliatores , damna
x expensas restituent. Et si hujusmo-
i resartionem & restitntionem infra
uatuor dies proxime & immediate se-
quentes diem , quod de hujusmodi Pira-
ica deprædatione favore vel auxilio con-
uncti fuerint , cum effectu facere recusa-
verint, tunc hujusmodi Piratæ,deprædatores, factores & auxiliatores, ad restitu-
tionem duplicium damnorum , expensa-
rum & interesse sic damnificatis facien-
dis per locorum & districtuum Officia-
rios compellantur & cogantur.

CAPIT. XVI.

Bona per Piratas capta.

Item, Conventum est ut supra : Quod si per aliquos Piratas, aut alios ut permittitur guerræ operam dantes , aliqua bona mercatorum vel subditorum unius vel alterius partium prædictarum super mare capiantur , & in aliquem portum unius vel alterius partium prædictarum adducantur , non poterunt bona sic capta & deprædata ibidem per ipsos Piratas, vel alios

alios quoſcunque, poni ad terram, po-
nantur, ibidemve vendantur, vel aliene-
tur, de ipſis bonis, ſeu vero valore eo-
rundem, cum damnis & intereſſe per de-
prædatos in ea parte ſuſtentis & habiti.
De quibus, valore, damnis & intereſſ.
(conſtito tamen prius de ipſa prædatio-
ne) licebit per eorum juratam aſſertio-
nem, ſi alias probari non poterit, per Of-
ficiarios locorum reſtitutio fiet, ipſi
damnificatis & deprædatis: ad quas Re-
ſtitutiones faciendas habebunt Officiarii
locorum, & alii, quos Principes ipſi in
Oppidis & portubus ſuis deputare volue-
rint, commiſſiones ſpeciales in tali caſu
requiſitis, & hunc Articulum de verbo
ad verbum in ſe plene continentes, qui-
bus mediantibus prædicti Officiarii reſti-
tutionem hujuſmodi facere tenebuntur,
ſub pœna ab eis recuperandi verum &
juſtum valorem omnium ſpoliatorum &
ablatorum hujuſmodi, una cum prædi-
ctis damnis & intereſſe ſic damnificatis.
Fient inſuper edicto publico prohibitio-
nes pœnales in portubus & littoribus
utriuſque partis partium prædictarum, ne
quiſquam, cujuſcunque nationis aut con-
ditionis is exiſtat, talia bona per Piratas,
aut alios ut præmittitur guerræ operam
dantes, capta & deprædata, & ad terram
poſita, vel infra portum inventa, emere,
vel

vel quovis alio Titulo recipere præsumat in præjudicium vel detrimentum damnificatorum, seu aliorum quorumcunque interesse habentium. Et quod Officiarii locorum, quoties casus acciderit, sub pœna recuperandi ab eis bona & mercimonia hujusmodi capta, & adducta in portum aliquem partium prædictarum, pro damnis interesse statim ipsam navem, magistros & marinarios ejusdem, nec non bona & mercimonia quæcunque in eadem nave reperta, sub tuto Arresto & salva custodia ponant, servanda ad utilitatem damnificatorum, & eorum quorum intererit: Idemque locorum Officiarii procedent ad correctionem Piratarum & delinquentium in navi repertorum secundum casuum exigentiam.

CAPIT. XVII.

Cautio præstanda pro Navibus in Mare exituris.

Item ad finem, ut Captiones Navium, personarum & bonorum unius partis super alteram de cætero cessent, conventum, concordatum, & conclusum est, quod quandocunque aliqua Navis, cujuscunque Indigenæ, unius vel alterius partis partium prædictarum, exitura est ab aliquo portu sive districtu Principum

præ-

prædictorum, seu eorum, alterius Majores & Gubernatores Civitatis, Oppidis sive Villæ, quibus portus sive districtus hujusmodi adjacent, quibuscunque nominibus, Officiis aut appellationibus iidem Gubernatores censeantur, capiant sufficientes securitates de & pro dominis, proprietariis possessoribus, magistris Bursariis & Victuellariis navis hujusmodi, ad duplum valoris navis apparatus, & victualium ejusdem: Quod magister ejusdem Navis, Capitanei, Marinarii, & omnes in eadem Nave existentes, cujuscunque status aut conditionis existant, servabunt pacem erga quoscunque subditos Principum prædictorum, & quod nullam eis injuriam seu violentiam in terra, Mari, fluminibus, aut portu aliquo facere vel inferri præsumant. Quod si hujusmodi securitatem præstare noluerint, non permittent, imo impedient expressè ipsos Mercatores & gubernatores navium hujusmodi quoquo modo exire, nisi proprietarii sive Bursarii ejusdem navis Regalem vel Archiducalem licentiam respective suo sub sigillo eisdem exhibuerint, quod licite cum sua navi, sine ulla cautionis præstatione exire potuerint. In quo casu si ipsi sic per Principem suum licentiati, subditos alterius Principis spoliaverint aut damnificaverint &

solven-

ſolvendo non fuerint, tunc per eundem Principem ſic licentiantem plena ſatisfactio fiet partibus ſic damnificatis. Quoties autem ſecuritatem præmiſſam Majores & Gubernatores Civitatum, villarum & oppidorum, unius partis aut alterius exegerint, dabunt literas authenticas ſub eorum communi ſigillo, proprietariis poſſeſſoribus magiſtris ſeu Burſariis illius navis, ſic aſſecurare teſtificantes ipſius ſecuritatis præſtationem, ad finem, ut ipſarum literarum vigore navis hujuſmodi, alios, ad quos forſitan applicabit portus, abſque nova ſecuritatis præſtatione libere exire valet.

CAPIT. XVIII.

Pecunia pro victualibus acceptis numeranda.

Item, Quæ Naves mare frequentantes tenentur altera alteri ſuccurrere de Victualibus ad navem neceſſariis, quod tamē minime facere tenentur, niſi pro juſto pretio. Conventum, concordatum, & concluſum eſt, quod de cætero tenebuntur illi, qui victualia aut alia neceſſaria ab aliqua Navi ceperint, pretium ipſorum aut in præſentiarum aut poſtmodum, ubi ad littus applicaverint, perſolvere.

CAPIT. XIX.

Si Navis ab extraneo capta fuerit in portu Principis.

Item, Conventum est ut supra: Quod si aliquæ Naves per aliquem non subditum Principibus prædictis captæ fuerint in portu aliquo aut Franchisiis alicujus Principum prædictorum, tenebitur ille Princeps, in cujus portu aut Franchisiis navis illa capta fuerit una cum altero Principe pro restitutione dictæ Navis prosequi, sumptibus tamen & expensis damnificatæ partis.

CAPIT. XX.

Non impedient venientes ab Oriente.

Item, Conventum est ut supra: Quod nullum præbebitur impedimentum, per unam partem vel alteram, venientibus de partibus Orientalibus, neutri parti inimicis, cum vasis vel Navibus quibuscunque oneratis victualibus, mercantiis, vel aliis bonis, versus Regna, patrias, dominia, aut terras unius vel alterius Principum prædictorum.

CAPIT. XXI.

Si Naves tempestate aut vi delatæ fuerint in portum.

Item, Conventum est ut supra: Quod quotiescunque contigerit, quod aliquæ Naves, quæcunque fuerint, sive unius vel alterius partium prædictarum, per tempestatem maris, hostium, vel aliam causam, compellantur in aliquem portum unius partis vel alterius applicare vel intrare. Naves illius partis quibus talia contigerint, cum Mercatoribus, & Nautis seu Marinariis, aut aliis personis quibuscunque, non probabiliter suspectis, id ipsis exigentibus, in alterius partis portubus secure erunt & recipientur, & ab ipsis portubus poterunt libere recedere cum eorum bonis & Mercantiis, sine contradictione & impedimento proviso, quod bona & Mercandisæ, quæ in ipsis Navibus erunt, nisi urgente necessitate, non ponentur ad terram, nec in alias Naves, sine licentia Officiorum Principis illius patriæ, ubi talia contingent, vel aliorum ad hoc potestatem habentium.

CAPIT. XXII.

Naves alterutrius libertatem subditorum habere.

Item, Conventum est ut supra: Quod Nautæ, magistri Navium & Marinarii, subditi præfatorum Principum, post adventum ipsorum ad portus unius vel alterius Principum eorundem, poterunt libere imponere & ligare eorum Naves tam oneratas & non oneratas, quam ad guerram dispositas, dummodo non fuerint Piraticæ, in eisdem portubus & littoribus eodem modo, quo poterunt ipsius Principis subditi proprii.

CAPIT. XXIII.

Non licere dissimulare bona inimicorum.

Item, Conventum est ut supra: Quod subditi unius Principum prædictorum, sive Mercatores fuerint, sive Nautæ Magistri navium aut marinarii, non adducent, seu adduci facient per mare fraudulose, vel quorumcunque colore, aliqua bona seu mercandisas inimicorum alterius eorundem Principum: Et si secus egerint, & per subditos alterius Principis guerræ licitè operam dantes super hoc in-

interrogati fuerint, tenebuntur facere veram, planam & justam confessionem & declarationem, cui in ea parte pro tunc stabitur iidemque interrogantes ulterius scrutamen in ea parte non facient. Sed si postea eundem interrogatum falso respondisse constiterit, tunc idem interrogatus interroganti; quem per falsam responsionem defraudavit, tantum de suo erogare tenebitur, quantum merces inimicorum per eum vectas, & ut præmittitur celatas, valuisse constabit.

CAPIT. XXIV.

Si Navis naufragium fecerit.

Item, Conventum est, &c. Quod quotiescunque contigerit, aliquam Navem unius partium prædictarum cum bonis & mercandisis oneratam, per fortunam tempestatis maris, vel alio casu quocunque tangere terram & naufragium facere, periclitari, aut alio modo quocunque perire: prope portus, limites & costeras, vel in portubus, limitibus aut costeris alterius partis, licet in ipsa navi non remaneat vir, mulier, puer, cattus, canis, vel gallus vivens, bona tamen & Mercandisæ qualiacunque, quæ ad terram applicabunt, vel aliter servari aut recuperari continget, non propter hoc dicentur con-

confiſcata, nec pro confiſcatis reputabuntur, ſed per Officiarios locorum, in quibus ſic caſus acciderit, ſalvæ & ſecuræ cuſtodiæ committentur, ſub eadem ſic remanſura per annum unum, & diem tunc proxime & immediate ſequentem: Intra quem terminum ſi quiſquam ſupervenerit, & ſi rerum ac bonorum ipſorum certum proprietarium fuiſſe conſtiterit, res & bona, ipſi ſine difficultate vel dilatione aliqua plene reſtituentur, ſolvendo tamen iis, quorum opera & diligentia res & bona ipſa recuperata, ſalvata, & cuſtodita fuerint, rationabiles expenſas, & cuſtodibus ſalarium competens, prout ratio & æquitas poſtulabit.

CAPIT. XXV.

Mercatores alterutrius licere domos habere.

Item, Conventum eſt ut ſupra: Quod Mercatores qui ſubditi ſunt uni Principum prædictorum, poterunt tenere & habere in villis & oppidis alterius Principis domos & habitationes, pro ipſis & rebus ſuis in iiſdem recipiendis, ſervandis & exponendis: ibidemque iiſdem Privilegiis, libertatibus & Franchiſiis, utentur & gaudebunt quibus ibidem uſi & gaviſi ſunt ante quinquaginta ann. ultimè & imme-

immediatè præcedentes, adeoque benigne & amicabiliter tractabuntur in iiſdem, ſicut aliæ nationes ipſas Villas & patrias frequentantes.

CAPIT. XXVI.

De ſcrutatoribus.

Item, Conventum eſt ut ſupra: Quod Officiarii Principum prædictorum, & eorum utriuſque, ad ſcrutandum mercandiſas, per terram, mare vel aquas dulces, vectas vel vehendas ordinati in viſitando mercandiſas vel naves, nihil damnificabunt de bonis ſeu mercibus ſubditorum unius vel alterius Principum prædictorum, ſed ea bene & honeſte tractabunt & viſitabunt, abſque violentia, frangendo pugionibus vel aliis quibuſcunque inſtrumentis, Barellos, ſaccos, ciſtas, ſarcinulas, ſeu alias Paccaturas quaſcunque, & temere contravenientes teneantur pœna incarcerationis per unum menſem, una cum damnis & intereſſe partis læſæ: Qui vero ex nulla rationabili & probabili cauſa hujuſmodi Barellos, ciſtas & alias Paccaturas fregerint, aperuerint vel diſſolverint, ad hujuſmodi Barellos, ſaccos, ciſtas & alias Paccaturas, reſarciendas, reparandas ſuis ſumptibus, & expenſis teneantur. Scrutatores

autem hujusmodi in exequendo suo Officio in patriis partium prædictarum, nullas exactiones super ipsos quorum bona seu merces scrutantur, facient. Nec eosdem cogent ad venditionem rerum suarum, aut alicujus partis, pro aliquo pretio per ipsos scrutatores contra voluntatem venditorum statuto.

CAPIT. XXVII.

Si debitor de fuga sit suspectus.

Item, Conventum est ut supra: Quod quotiescunque mercatores, & subditi Illustrissimi Regis Angliæ, pro solutione habenda suos conveniunt debitores, in terris, patriis & dominiis dicti domini Archiducis, coram Iudicibus & Legislatoribus ad hoc ordinatis & deputatis, allegabunt debitores suos suspectos, & sic judicium subire cogantur, tunc hujusmodi Iudices & Legislatores, si requisiti, probationes dictorum Angliæ subditorum, si quas obtulerint, ad probandam hujusmodi suspectionem fugæ, sine aliqua mora & difficultate eas admittent: Et si nullas habuerint, tunc ipsorum Angliæ subditorum juramento, quoad prædictam fugæ suspicionem stabitur, præstita per eos primitus idonea cautione de solvendis expensis & interesse iis, quot sic ad judi-

cium

cium trahere poterint casu, quo ex eventu se litem injuste movere, constiterit. Et hoc facto, debitores ponentur absque aliis monitoribus statim sub Arresto, donec sufficientes cautiones de judicio sisti & judicato solvendo præstiterint. Privilegiis, quoad effectum præsentis articuli, sub quacunque verborum serie, Civitatibus, Castris, Oppidis, villis, burgis, in contrarium concessis, vel postea concedendum, usu aut consuetudine quibuscunque non obstantibus: quibus tamen debitoribus sic arrestatis, & sub arresto manentibus, si petant, dabitur terminus octo dierum, ad probandum se de fuga non esse suspectos; & hoc probato, cessabit arrestum. Et nihilominus propter hujusmodi dilationem octo dierum, processus sub debito principali nullatenus retardabitur, & similis in Regno Angliæ ministrabitur justitia mercatoribus & subditis patriarum terrarum, dominiorum præfati domini Archiducis, adversus eorum debitores, in tribus Curiis, videlicet, *in curia Cancellariæ, Constabularii, & magni Concilii,* etiam super omnibus obligationibus factis ultra Mare, & in moneta Flandriæ, etiam quorum solutio destinata est ad aliquem locum patriarum terrarum, & dominiorum domini Archiducis, dummodo dies solu-

tionis ſit præterita, non obſtantibus quibuſcunque ordinationibus vel conſuetudinibus Civitatum, Oppidorum, ſeu locorum Angliæ in contrarium, in quibus quidem Curiis tenebuntur Angliæ debitores peremptorie procedere abſque eo quod ipſas ſeu earum alteram poſſunt declinare.

CAPIT. XXVIII.

De damno illato.

Item, Conventum eſt, &c. Quod quotieſcunque contigerit, ſubditis domini Regis Angliæ à ſubditos præfati domini Archiducis, vel ſubditos ejuſdem domini Archiducis à ſubditis prædicti Domini Regis Angliæ, quoquo modo lædi vel damnificari, non debent propterea per literas repreſaliorum marcæ, vel contra marcæ, aut alia mandata quæcunque (debitis admonitionibus & ſubmonitionibus non præcedentibus) qui damna non tulerunt, ad petitionem damnificatorum, vel alio modo in perſonis vel bonis arreſtati, vel quovis modo impediri aut moleſtari. Nec guerra ob id fieri vel moveri debet, ſed per Principes unius vel alterius partis attentata, ipſa debite reparabuntur, & in priorem ſtatum reponentur, hujuſmodique literæ repreſaliorum marcæ,

marcæ, & contra marcæ & similia mandata quæcunque, nisi prædictis admonitionibus, quo ad ipsas partes; submonitionibus, quoad Principes præcedentibus & legitime factis, deinceps omnino cessent: Et si aliter concedantur, pro nullis habeantur.

CAPIT. XXIX.

Præterita represalia in suspenso habeantur.

Item, Conventum est ut supra: Quod omnes & singulæ literæ represaliorum, aut de marca vel contra marca, ex Cancellaria vel alia curia Principum prædictorum, aut eorundem prædecessorum, aut cujuscunque prosecutionem, vel ob causam quamcunque ante concessæ vel emissæ, in suspenso tenebuntur, nec poterit earum aliqua fieri executio, nisi super earum meritis habita cognitione indicta, ad hoc per ipsos Principes specialiter deputandum, aliter fuerit ordinatum: Et pari modo omnes & singulæ deprecationes & violentæ captiones super mare hinc inde, ante diem Octob. decimum tertium ultimo præteritum factæ, similiter tenebuntur in suspenso: nec poterit super iisdem aut eorum aliqua actio intentari aut admitti. Nec literæ represaliorum dari, nisi

nisi super eorum meritis habita cognitione indicta, ad hoc per ipsos Principes specialiter deputandum, aliter fuerit ordinatum.

CAPIT. XXX.

De castro Sclusa.

Item, Conventum est ut supra: Quod authoritate dicti Domini Archiducis sufficienter provideatur (sive mandato ejusdem aut alia valida via & effectuali) Capitaneo Castri de Sclusa; Quod quotiescunque contigerit, mercatores vel subditos Regis Angliæ, per ignorantiam, vel alio modo fraudulento, vel malitiose intrare portum ipsius Castri de Sclusa, quæ si intrantes tam in personis, bonis & rebus, honeste & cum omni decentia tractet, absque eo quod quicquam de eis propterea exigat.

CAPIT. XXXI.

De transportatione.

Item, poterunt mercatores Regis Angliæ deinceps quascunque massas auri vel argenti, vocata, Billion, extra patrias domini Archiducis, per eos seu eorum deputatos vel factores emptas, vel aliter acquisitas, seu in posterum emendas vel acquirendas, licenter & impune per quæcunque loca patriarum domini Archiducis

cis ducere, vel duci facere, & ab iisdem locis & patriis in Regnum Angliæ totiens quotiens voluerint conducere & transportare poterunt & valebunt, proviso quod dicti Anglici, seu eorum factores, hujusmodi Billoniam per se vel factores suos emptam, seu ut præmittitur acquisitis, una cum certificatione authentica villæ & oppidi, ubi ipsam Billoniam emerunt, vel aliter acquisiverunt, & quantitatis ejusdem principali Officiarii dicti domini Archiducis, vel in ejus absentia suas vices gerentibus proximæ villæ, post introïtum suum in patrias domini Archiducis, exhibeant & ostendant. Super qua ostensione ipsi ostendentes testimoniale seu certificatorium manu domini Officiarii, vel ipso absente suas vices gerentis signatum, vel ipsius sigillo sigillatum, ab eo cui talis ostensio fiet recipient & habebunt: nihil penitus pro dicto testimoniali aut alia quacunque causa, solvendum, præter unum solidum grossorum Flandriæ. Et casu quo dictus Anglicus hujusmodi Billoniam per se vel suos factores emptam, seu ut præmittitur acquisitam educere voluerit, & in exitu à patriis testimoniale seu certificatorium prædictum non exhibuerit, tunc pœnam illam incurret, quam incurrent extrahentes Billoniam, intra partes domini Archiducis, Anglia.

CAPIT. XXXII.

Pondera debere justa non fraudulenta esse.

Item, Conventum est ut supra: Quod omnes mercatores & subditi dictorum Principum, vero, publico, legali, & non privato pondere, in terris, & patriis illis ab antiquo usitato & consueto, sine quocunque dolo, fraude & machinatione, aut duorum digitorum ad hujusmodi pondera fraudulenta appositione de cætero utantur. Et si aliqui mercatores & subditi dictorum Principum contrarium facere præsumserint; Princeps, cujus subditus hoc facere tentaverit subdito alterius Principis, qui se per hujusmodi pondus damnificatum probaverit, expeditam justitiam faciet, & partem sic damnificantem ad plenam & perfectam restitutionem omnium damnorum, expensarum & interesse, sine dilatione quacunque compellet.

CAPIT. XXXIII.

Deputati convenient pro sedandis discordiis inter mercatores stapulæ Calesiæ.

Item, Conventum est ut supra: Quod in sedandum & componendum lites, discordias

cordias & differentias, inter mercatores ſtapulæ Caleſiæ & ſubditos domini Archiducis, ſtapulam concernentes in villa Caleſiæ, primo die Maji proxime futuro convenient deputati mercatorum utriuſque partis: & caſu, quo per ipſos deputatos hujuſmodi lites, diſcordiæ & differentiæ, ſedari & componi non poſſint, fiet relatio Principibus prędictis qui aliter pro hujuſmodi litibus diſcordiis & differentiis ſedandis, prout ratio & æquitas dictabunt, providebunt.

CAPIT. XXXIV.

Idem Capite nono dicit.

Item, Conventum eſt ut ſupra: Quod ſi, durantibus pace & amicitiis prædictis, aliquid contra vires & effectus earundem, per terram, mare, & aquas dulces, per aliquem ipſorum Principum eorumve hæredum aut ſucceſſorum, vel eorundem Vaſſallos, ſubditos vel alligatos, aut illorum alligatorum hæredes ſeu ſucceſſores, in iis amicitiis comprehenſorum, contra ſubditos vel Vaſallos fuerit attentatum, actum & geſtum, nihilominus hęc pax in ſuis viribus & effectu permanebit, & pro ipſis attentatis ipſi damnificantes ſolummodo punientur, & non alii.

CAPIT. XXXV.

Obligatio Nobilium & Civitatum.

Item, ad securiorem & firmiorem tam amicitiarum quam Mercium Intercursus observantiam, præfatus dominus Rex per suas literas mandatum dabit speciale, Reverend. in Christo patri domino Ioanni Cardinali, Cantuariensi Archiepiscopo, & Apostolicæ sedis legato, Reverendiss. in Christo patribus, D. Richardo Duvoliensi Episcopo, custodi privati sigilli; D. Thomæ Wintoniensi Episcopo Ioanni Dinham, Domino Dinham, Thesaurario Angliæ, Thomæ domino Marchioni Dorset; Ioanni Comiti Oxoniensi, magno Camerario, Edmondo, Comiti Suffock; Thomæ Comiti Arundel, Thomæ Comiti Derbyæ; Georgio Comiti Salisburiæ, Ioanni Wallis Vice-Comiti Dabney, Ægidio, domino Dabney, Ioanni, Priori domus sancti Ioan. Ierusalem in Anglia: Nec non Majoribus, Ballivis Civitatum ac Oppidorum sequentium ut supra; Londinum, Eboracum, Bristollium, Wintonium, Cantuaria, Rochestria, Southamptonia, Santwichum, Doberium, Linna, Derthmonth, Plemouth, Hulla, Winchelsa, Bostonia, Yermouth & Bervicum: Quod se obligabunt & quilibet eorum se obligavit, in formam sequentem. *Omni-*

bus

bus Christi fidelibus has literas inspecturis, visuris & audituris, Ioannes Cardinalis Archiepiscopus Cantuariensis; Rich. Duvolniensis Episcop.; Thomas Winton Episcopus; Ioannes Dynham; Thomas Marchio Dorset, Ioannes Vice Comes Oxoniensis, Edmundus, Comes Suffok, Thomas, Comes Arundel, Thomas, Comes Derbyæ, Thomas, Comes Salisbur. Ioann. Welles, Vice Comes; Ægidius Dabney, Ioannes, Prior domus Sancti Ioann. Ierusalem in Anglia; Nec non Majores, Ballivus Villarum seu Oppidorum, de Lond. Eborac. Bristol. Winton, Cantuar. Rochest. Southampton, Sandwich, Douvre, Linnen, Derthmonth, Plemonth, Hulle, Winchelse, Boston, Yermouth & Barvike, *salutem in Domino sempiternam.* Cum inter Illustr. Principem Henricum, Dei gratia, Angliæ, Franciæque Regem, & dominum Hiberniæ, ex una, & Sereniss. Principem Philippum Dei gratia Austriæ Archiducem, Burgundiæ Ducem, &c. ex altera partibus quædam amicitiarum, intelligentiarum, & merciarum Intercursus, Mercatorumque communicatio, ac alia etiam eosdem Principes, & subditorum suorum, Regnorum patriarumque utilitatem concernentia, tractatus & fœdera, de data 24. die mensis Februarii anno Domini

1495. Londini inita, conventa, conclusa, & finaliter determinata fuerint, quos quidem Tractatus amicitiarum & mercium Intercursus, vidimus & intelleximus & hic pro insertis habere voluimus. Noveritis nos præfatos Ioannem Cardinalem, Archiepiscop. Cantuar. Richar. Duvolnienſ. Episcopos, &c. Et Majores, Ballivus Villarum sive oppidorum prædictorum, ad Requestam & Mandatum præfati domini Regis; ac suarum literarum nobis in ea parte directarum & deliberatarum, quas hic pro insertis habere voluimus, contemplatione in bona fide promisisse, ac nos & quemlibet nostrum hæredes & successores nostros, præfato Illustriss. Principi Philippo, Archiduci Austriæ, Duci Burgundiæ, &c. ejusque hæredibus & successoribus, sub hypotheca & obligatione omnium bonorum nostrorum præsentium & futurorum obligasse, sicque per præsentes, promittimus & obligamus, quod effectualiter procurabimus, instabimus, ac quantum in nobis erit efficiemus; Quod idem dominus Rex, ejusque hæredes & successores, omnia & singula prædicta, tam amicitiarum quam mercium intercursus, omniaque & singula in eisdem contenta & specificata, bene & fideliter tenebunt, observabunt & adimplebunt, ac per

nos

nos ſubditos, Vaſſallos, quantum eos concernit, ac in poſterum concernet, bene & fideliter facient teneri, obſervari & adimpleri, in contravenientes juſtitiam miniſtrabunt, ſeu miniſtrari facient. In cujus rei teſtimonium, &c. Et pari modo Illuſt. Dux, Archidux, per ſuas literas mandatum dabit ſpeciale, Reverend. in Chriſto patri & domino Henrico de Bergis, Epiſc. Cameracenſi, Carolo de Croy, Principi de Chimay, Philippo de Burgundia, domino de Bevres, Ioanni, domino Egmondo, Gubernatori Hollandiæ; Wilhelmo de Croy, domino de Chievre, Antonio de Rellin, domino de Emeri; Baldowino de Lannoy, domino de Molenbays; Franciſco de Buſleyden, domino præpoſito Leodienſ. & ſancti Donatiani, ac Ioan. de Tinare, Denteville domino Capitaneo de Brugis, nec non Burgimagiſtris Villarum ſeu Oppidorum de Gandavo, Brugis, Ypres, Dunkercke, Nieupoort, Antverpia, Berges, Dordrecht, Delft, Leyden, Amſterdam, Middelborch, Ziericzee, Vere, Mechlinia, & Bruxella vel Briela, quod ſe obligabunt, & quilibet eorum ſe obligabit, ſecundum vim, formam & effectum obligationis prædictæ, mutatis quæ in ea parte mutandis: Quas quidem omnes & ſingulas obligationes, modo & forma præmiſſis, conceptas 35. die Maji pro-

xime futura idem Illustrissim. Rex Angliæ, in Ecclesia beatæ Mariæ virginis Calesiæ deputato, vel deputatis dicti domini Archiducis tradet, deliberabit & tradi & deliberari faciet: Et pari modo Illustrissim. dominus Archidux omnes & singulas obligationes, modo & forma præmissis, conceptas 15 die Maji prædicto, in Ecclesia prædicta deputato, vel deputatis ejusdem Regis, tradet & deliberabit, aut tradi & deliberari faciet.

CAPIT. XXXVI.

De confirmatione.

Item, Conventum est ut supra: Quod Serenisſ. Princeps Rex Angliæ, omnia & singula, tam amicitiarum quam mercium intercursus, Capitula, sit inter eum, ejus hæredes & successores, ut præmittitur, inita & contracta, per suas literas patentes sub magno sigillatas, ac manu propria subscriptas, ratificabit & confirmabit, ea sic sigillata, subscripta & confirmata, 15 die mensis Maji proxime futura, post datum præsentium, in Ecclesia B. Mariæ virgin. in villa Calesiæ deputato vel deputatis dicti domini Archiducis tradet & deliberabit, ac tradi & deliberari faciet: Et simili modo Illu-

Illustriss. dominus Archidux omnia & singula, tam amicitiarum quam mercium intercursus, Capitula, sic inter eum, ejusve hæredes & successores, ut præmittitur, inita & contracta, per suas litteras patentes sub magno sigillo sigillatas, & manu propria subscriptas, ratificatas & confirmatas, 15 die mensis Maji proxime futura, post datum præsentium, in Ecclesia B. Mariæ Virginis in villa Calesiæ, deputato vel deputatis dicti Sereniss. Principis Regis Angliæ tradet ac deliberabit, ac tradi & deliberari faciet.

SEQVUNTVR TENORES COMMISSIONVM DE QVIBVS SVPRA FIT MENTIO HENRICI VII.

Commissio Serenissimi Regis Angliæ.

HENRICVS, Dei gratia Rex Angliæ, Franciæ, & Hiberniæ dominus, Omnibus ad quos præsentes literæ per-

venerint ſalutem. Sciatis quod nos de fidelitatibus, induſtriis, & providis circumſpectionibus dilectorum & fidelium Conciliatorum dilectorum & fidelium Conciliatorum noſtrorum, reverendi in Chriſto patris Richardi Duvolnienſis Epiſcopi, cuſtodis privati Sigilli noſtri; Ioannis Vice-Comitis Wellis, & Ioannis Kendal prioris domus Sancti Ioannis Ieruſalem in Anglia; nec non dilectorum & fidelium noſtrorum Cancellariæ noſtrę, Chriſtophori Vrſwiicke Archidiaconi, Richimondi & Ioannis Riſley militis, quam plurimũ confidentes ipſos noſtros veros & indubitatos Commiſſarios, Oratores, Procuratores, factores actorũ, & deputatos aſſignavimus, facimus, conſtituimus, ordinamus & deputamus per præſentes, dantes & concedentes eiſdem plenariam poteſtatem & auctoritatem, ac mandatũ generale & ſpeciale, pro nobis, regnis, terris, dominiis, ſubditis, Vaſſallis & amicis alligatis, faventibus & adhærentibus noſtris quibuſcunque, cum nobili viro domino de Bevres, locum tenente, Gubernatore, & Capitaneo generali Artheſiæ, & Admirallo, ac dilectis nobis, Paulo de Beanſt, domino de Vermizelle, Præſide Flandriæ, Roberto de Mellum, domino de Ronny, Camerario, Domino Daniele, domino de Patris, domino de Mertode,

Came-

Camerario, & superiore Ballivo Flandriæ, Ioanne de Cortwiicke, & Thoma Portunarii, Cancellario, & Magistro Florentio Hauvel, Secretatio, Ordinanciarum Ambassiatoribus, Procuratoribus, legatis & Nunciis, Illustriss. Philippis, præclarissimi consanguinei nostri Philippi, Archiducis Austriæ, Burgundiæ, &c. potestatem sufficientem & auctoritatem ab eo consanguineo nostro habentibus, tam de & supra vera, firma & reali pace, amicitia atq; concordia, ac etiam ligis, amicitiis, confederationibus, Treugis, & guerrarum abstractis, federibus, affinitatibus & intelligentiis, quoniam de & super quibuscunque Commerciis, exercitiis Commerciorum, ac mutuo & amicabili intercursu Mercandisarum, inter hos & successores nostros, atque Regna, terras & dominia, patria & loca nostra quæcunque, & dictum Illustrissimum Principem consanguineum nostrum, hæredem, & successores suos, atque Regna, terras, & dominia, patrias, & loca sua quæcunque, subditos, Vassallos, confederatos, & suos quoscunque capiendis pacis, seu de conveniendis, celebrandis, componendis, concordandis, concludendis, & habendis, nec non de & super omnibus & singulis contentionibus, quæstionibus, guerris causis, querelis, litibus, attenta-

 tis, in-

tis, injuriis, gravaminibus, & de mendis, una cum suis circumstantiis, emergentibus, incidentibus, dependentibus & connexis, quæ inter nos & præfatum consanguineum nostrum, ac Regna, loca terras, dominia, patrias, subditos Vassallos, alligatos, confœderatos, amicos, faventes & adhærentes nostros & suos prędictos, hinc inde pendere dinoscuntur, cõmunicandi, tractandi, & concordandi atq; omnia & singula componendi, paciscendi, appunctandi, ac plenarie & integre determinandi, & finaliter concludendi, prout eis expedire visum fuerit & opportunum, nec non & super hujusmodi appunctuatis & conclusis, cæterisque omnibus & singulis qualitercunque concernentibus, legatis, deputatis, & nunciis prædicti consanguinei nostri, appunctuata præmissa & concordata fuerint, literas validas & efficaces, per partem nostram tradendi & deliberandi, literasque alias, consimilis vigoris & effectus ex altera parte petendi, exigendi & recipiendi, & generaliter omnia præmissa, & præmissorum singula qualitercunque concernent faciendum expediendi & exercendi, ita & eodem modo sicut nos ipsi faceremus & facere possemus, si in persona nostra propria interessemus, etiam si talia sint, quæ de se mandatum exigant magis speciali-

cialiter : promittentes bona fide & cum verbo Regio, omnia & singula, quæ per præfatos Commissarios, Oratores, Procuratores, factores nostros, appunctuata præmissa, concordata, conventa & conclusa fuerint in hac parte, nos grata, rata, & firma habituros, & observaturos & insuper literas nostras patentes confirmatorias & approbatorias, in forma debita & authentica, prout opus fuerit daturos, in cujus rei testimonium has nostras literas fieri fecimus patentes per me ipsum apud Westmond. 20, die Febr. Anno Regni nostri XI.

In quorum omnium & singulorum præmissorum testimonium, fidem & approbationem, nos Ambassiatores prædicti Serenissimi Regis Angliæ superius nominati, præsentes literas sigillis, & signis nostris manualibus, sigillavimus & subsignavimus. Datum Londini vigesimo quarto die Februarii. Anno CIↃ CCCC-XCV. sic signatum,

Rich. Duvolniensis, Ioannes Welles, Ioannes Kendal, Wilhelmus Warham, Christophorus Vrswiick, Riisley.

CONFIRMATIO REGIS ANGLIÆ.

ET quia præfati Ambassiatores nostri, per eorum literas eidem consanguineo nostro, sic ut præmittitur datas, expeditas sibi literas nostras, omnium & singulorum præmissorum, confirmatorias & ratificatorias expedite facere promiserunt. Notum facimus, quod nos, consideratis omnibus supradictis, omnia & singula Capitula, per prædictos Ambassiatores nostros, cum Ambassiatoribus & Commissiariis præfati consanguinei nostri, in ea parte gesta, inita, tractata & conclusa, firma, stabilia, & rata habentes confirmavimus, ratificavimus, & approbavimus literas per ipsos Ambassiatores nostros, sic ut præmittitur, expeditas, ac omnia & singula in eis contenta. Promittentes insuper bona fide, & in verbo Regio, omnia & singula Capitula & puncta in dictis literis, & aliis hic insertis, expressata, & quodlibet eorum tenere, adimplere, & observare, & facere teneri, adimpleri, & inviolabiliter observari, secundum eorum formam & tenorem: Neque contra hæc aut eorum aliquod facere aut venire, aut fieri & veniri ullo unquam tempore permittere. In quorum

omnium

omnium & singulorum præmissorum, fidem & testimonium, his præsentibus manu propria subscriptis, magnum sigillum nostrum apponi fecimus. Datum apud Westmon. 26. die mensis Martii, Anno Domini 1496. & Anno Regni nostri XI.

Sic scriptum, & per ipsum Regem subscriptum & signatum sub plica Henricus.

Et erant sigillatæ magno sigillo ejusdem Regis in fulva cera.

FINIS.



